



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Liber Qvintvs. De Italia Antiquâ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120



PARALLELA GEOGRAPHIÆ VETERIS ET NOVÆ.

LIBER QUINTVS.

De Italia Antiqua.

DEVENIMVS tandem ad Regionem omnium
 ὁ δαίμων ἐστίν, vt eam appellauit Dio oratione
 de Troiâ: Pulcherrimam omnium quacumque cali
 conuexitas vergit, vt Plinius lib. 37. cap. 13. cu-
 ius laudes omnes hoc elogio complexus videtur, cum de
 eâ lib. 3. cap. 5. sic locutus est. Terra omnium terrarum alum-
 na, eadem & parens, numine Deum electa, qua celum ipsum
 clarius faceret, sparsa congregaret imperia, ritusque molliret,
 & tot populorum discordes ferâsque linguas sermonis commer-
 cio traheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, bre-
 uiterque una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret: lege
 & caput vltimum Historiæ naturalis, cuius iam partem
 libauimus.

Parall. Geogr. Tom. II.

Tt

De Italia in genere.§. I. *Italia nomina.*

VARIA huius Regionis nomina, apud Antiquos scriptores leguntur, quorum inusitatissima, & rarissima sunt *Arzessa*, & *Camafene*, de quibus lege Cluuerium: quæ sequuntur illustrissima sunt, & à pluribus vsurpata.

SATVRNIA à *Saturno*, cuius vocis meminere Dionys. Halic. lib. 1. Iustinus lib. 43. Macrobius 1. Saturn. cap. 7.

HESPERTIA à Græcis nominata est, vel quòd in Occidentem procurrat, vel ab Hespero stellâ, vel ab Hespero fratre Atlantis qui pulsus à germano Italiam tenuit, inquit Seruius. Dicitur autem vel antonomasticos *Hesperia*, vel *Magna*, cum Hispania dicatur *Hesperia Ultima*, sic Seruius & Isidorus; *Magna* autem vocata est ob res magnas in eâ gestas vt omnes fatentur.

LATIVM quoque dicta est Italia tota, quòd in eâ Saturnus Iouis iram fugiens latuisset.

TYRRHENIA, vt vult Tzetzes in Lycophronem, & Dionys. Halicar. lib. 1. vnde factum vt Roma à quibusdam vrbs Tyrrhenica diceretur.

MAGNA GRÆCIA, vt tradit Isidorus lib. 14. Orig. cap. 4. *Italia olim à Græcis populis occupata Magna Græcia dicta est.*

AVSONIA, vt fabulantur Poëtæ ab Aufone Vlyssis, & Calypsus filio, vel vt loquitur Historia, ab Ausonibus populis indigenis, & perantiquis. Verè autem dicebatur Ausonia à Circeo Pio. ad Fretum Siculum, vt postea docebimus.

OENOTRIA, vel ab Oenotro Rege, vel *ὄπιον οἴνου* à vino optimo, vt Seruius: meliùs ab Oenottis populis nomen accepit, qui cum Peucetiis ducibus Oenotro, & Peucetio Lycaonis filiis ex Arcadiâ in extremam Italiæ partem venerunt, vnde Aufonas expulerunt, vt postea dicemus: noménque inditum minimæ parti in vniuersam Italiam propagatum est.

CHONE, vt scribit Hesychius ex Antiocho Xenophanis filio lib. 1. de Italiâ, à *Cone* Regiunculâ inter Sybarim & Crotonem.

ITALIA denique communiter vocata est, vel ab Italo quodam, vel à Bobus quos Græci *Ἰτάλοι* dicunt, ita Varro. Quis autem fuerit ille Italus discussum reperies apud Cluuerium sub initium suæ Italiae.

§. 2. *Quantitas Italiae antiquæ.*

TERMINI { *Termini antiquissimi Italiae fuerunt Æsis Fl. Iesi, & Arnus Arno, postea deuictis Senonibus Rubico Fiumecino, quibusdam Pisatello.*

ITALIÆ. { *Novi autem termini Antiquæ Italiae fuerunt ab Occidente Varus Fl. vel vt aiunt Polybius & Strabo, Alpium radices; ab Oriente Arfia, Fl. Arsa, vel vt alij volunt vrbs Pola, Pola.*

LONGITUDO { *Plinio lib. 3. cap. 5. ab Alpino iugo, seu Augustâ Prætoriâ per urbem Capuam cursu meante Rhegium; decies centena & 20. millia passuum: idem censent Solinus, & Martianus Capella.*

ITALIÆ. { *Straboni lib. 4. decies centenum millium. Rutilio lib. 2. Itinerarij: Millia per longum decies centena feruntur.*

LATITUDO ITALIÆ. { M A. { *Plinius lib. 3. cap. 18. à Varo Fl. per Vada Sabbatia Taurinos, Comum, Veronam, Vicentiam, Opi- X I. { tergium, Aquileiam, Tergeste, Polam, ad Ar- siam Fl. 100000 millia passuum colligit; Clu- uerius emendat 100000. M. P.*

M A. { *Idem Plinius lib. 3. c. 10. & Solinus maximam eius latitudinem, seu vt plurimum esse 30000. vbi fortè error pro 100000.*

M E. { *Plinio lib. 3. c. 10. vbi minimum, ait, cxxxvi. Mil. D I O. { Pas. Idem sentit & Solinus.*

CRIS. { *Rutilio 2. Itinerarij vbi tamen angustissima dicitur — Augustissima tellus, Triginta & centum millia sola patet.*

M I. { *Plinio lib. 3. cap. 10. ad portum quem Annibalis N I. { vocant, 40. mil. pass. vbi error irrepsit pro 20.*

M A. { *Martianus Capella 20. Mil. Pas.*

FIGV- { Trigona Polybio lib. 3. quem refutat Strabo lib. 5. sub
RA } initium.
ITA- { Querneo folio similis; Plinio lib. 3. cap. 5. Solino cap.
LIÆ. } 8. Martiano Capelle lib. 6. Rutilio Itinerarij libro se-
cundo.

AMBITVS { Propositus à Plinio, Solino & Martiano Capella
ITALIÆ. } stare non potest, idcirco eum appellare præter-
mitto vt ineptissimum, & à vero longiùs abhor-
rentem.

MEDIUM { Plinius lib. 3. cap. 12. ex Marco Varrone, Soli-
ITALIÆ. } nus, & Capella, in Agro Reatino locant ad Cu-
tiliæ lacum quem Italiæ umbilicum vocant: Po-
zo Ratignono.

§. 3. Qualitas Italiae Antiquae.

FERTILIS. Dionys. Halicarnassens lib. 1. eam fertilitate ante-
ponit Babyloniam, Ægypto, & omnibus terris. Ælianus lib. 9. Var.
cap. 16. agnoscit in eâ ἀρετὴν πάμφορον ἢ εὐχοτον. Marcus Varro de
re Rustica lib. 1. cap. 2. post multas & eximias laudes, ait in eâ
vnum iugerum dare denos & quinos culleos vini. Plinius omnia
his verbis videtur complexus esse lib. 37. cap. 13. *Quidquid est quo
vita carere non debeat nusquam est præstantius, fruges, vinum, olea,
vellera, &c.* Strabo denique libro 6. χρηστοκαρπία frugum præstan-
tiam in eâ laudat.

RIGVA. Vocat eam Ælianus. Var. lib. 9. cap. 16. εὐδρον, & Stra-
bo lib. 6. laudat ibidem, τὸ μέγεθος ἢ πλήθος τῶν ποταμῶν ἢ λιμνῶν,
amplitudinem & multitudinem fluviorum; lege Plinium lib. 3. cap. 5.

PORTVOSA. Ælianus. lib. 9. cap. 16. θάλασσα ἀγαθὴ παρέχειται αὐ-
τῇ, ὅρμοις πανταχόθεν διειλημμένη ἢ καταγωγαῖς ἀφθόνοις, ἢ κατάρσε-
σιν. Solinus cap. 8. agnoscit Italiæ littora portuosa, orasque pa-
tentibus gremiis commercio orbis accommodatas. Plinius lib.
3. cap. 5. nominat eam gremium terrarum patens vndique, & ad
iuuandos mortales auidè in maria procurrentem Italiam. Strabo
tamen lib. 6. in eâ agnoscit ἀλίμενον ἢ τὸ πλείον, & habere λιμέ-
νας μεγάλας ἢ θαυμαστές, & vtrumque vtilissimum esse docet.

POPVLOSA. Ælianus lib. 9. Variarum cap. 16. ait antiquitus in

Italiã numeratas esse vrbes septem & nonaginta supra mille. Idem afferit multos in eam commigrasse illectos suauitate morum eius incolarum. *Solinus* cap. 8. Colonias in eã frequentes laudat. Sed illustris est *Plinij* locus lib. 3. cap. 20. *Hæc est quæ L. Emilio Paulo, & C. Attilio Regulo Coss. nunciato tumultu Gallico, sola sine externis auxiliis, etiam tunc sine transpadanis, equitum octoginta millia, peditum septingenta millia armauit.*

DIVES. *Plinius* lib. 3. cap. 2. *Metallorum omnium fertilitate nullis terris cedit, sed interdictum est veteri Senatusconsulto Patrum, Italia parcentium; quæ & ferè repetit lib. 33. cap. 4. Item etiam Strabo lib. 6. laudat in Italiã τῶν μετάλλων εὐπορία παντοδαπῶν.*

§. 4. *Lingua Antiqua Italia.*

VMBRICÆ meminit Pompeius Festus, dum ait Plautum Vmbricè vocare *Strebula* coxendices victimarum.

TVSCÆ linguæ vocabula sunt *Æsar* Deus Suetonio: *Subulo* Tibicen: *Cupra* Græcis ἄξ: *Verse* ignis: *Arsè* auerte: *Cupra* Iuno: *Liuius* lib. 10. disertè docet non fuisse Romanam.

VOLSCORVM: *Sublices* afferes vnde pons sublicius: & apud Festum, *Obscè* & *Volscè* fabulantur nam Latine nesciunt.

OPICORVM, seu OSCORVM & SABINORVM, eandem fuisse linguam satis benè demonstrat *Cluuerius*, & *Oscè* locutos esse quorum magistratus Capuæ *Mediastuticus* dicebatur, quæ vox *Oscæ* est: innuit quoque *Liuius* lib. 10. *Samnites* *Oscâ* linguâ vfos esse. *Marsi* quoque fortè *Oscorum* idiomate loquebantur: siquidem vox *Herna* mons, quæ apud *Seruium* vox *Sabina* est, apud Festum dicitur *Marfa*. Nihilominus sequentes voces perhibentur

OPICORVM, seu OSCORVM fuisse: *Daliuum*, insania; *Famel*, *Seruus*; *Mæsius*, *Maius*; *Mamers* *Mars*; *Mediastuticus*, *Magistratus*: *Pettora* quatuor, vnde currus 4. rotarum *Petorum*; *Sollum* rotum seu solidum.

SABINORVM autem; *Ciprum* bonum; *Creperum* dubium, vnde *crepusculum*; *Februum* purgamentum; *Cuba* lectica, vnde *cubiculum*; *Curis*, hasta; *Nar* sulphur; *Herna* saxa, vnde *Hernici*; *Nero* fortis & strenuus: *Cascus* vetus.

§. 5. *Politia antiquæ Italiae.*

ITALICORVM populorum alij fuere *αὐτόχθονες*, & indigenæ; alij exteri, qui bonitate terræ illecti in Italiam irrupere. Umbri antiquissimi dicebantur Italiæ populi, sic Florus lib. 1. cap. 13. sic Plinius lib. 3. cap. 14. vbi & notat quasi *Ombrios* dictos esse secundum quorundam opinionem, quod inundatione terrarum ex imbris superfuissent. Indigenæ quoque fuerunt *Siculi*, quos Oenotrij qui se dixere Aborigines, expulerunt ex agris Sabino, & Latino, & iterum ex inferiori Italiæ parte Aufones, seu Sabini, tumque in Siciliam immigrarunt quam de suo dixere nomine. *Euganei* quoque verè Itali fuerunt, sed eorum agri pars occupata est à Venetis, alia à Carnis. Reliqui dicti sunt *Opici*, *Osci*, *Aufones*, & *Sabini* qui se præ cæteris Italiæ *αὐτόχθονες*, dixere, ut ait Strabo libro 5. & eorum proles fuere populi qui partem Meridionalem Italiæ penè totam obtinuerunt.

Exteri autem, vel Asiatici fuere, vel Arcades, vel Celtæ. ex Asiâ profecti sunt *Etrusci* nempe ex Lydiâ, ut aiunt omnes antiqui, vno reclamante Dionysio Halicar. ut postea dicemus. Ex Troade, & Paphlagoniâ *Veneri* Duce Antenore, ex Graciâ, seu Arcadiâ *Pelasgi*, *Oenotrij*, *Iapyges*, seu *Peucetij*, aut *Apuli*. *Rheti* pars Etruscorum fuere, qui expulsi ex agris suis ad Alpes profecti sunt. *Oenotrij* qui se postea *Aborigines* dixere genuere *Latinos*, & eorum pars *Rutuli*; *Volsi* quoque fortè Oenotriorum proles fuerunt, aut veriùs eorum origo nescitur, sed hæc fusiùs postea, in singulis illis populis, quorum tibi obicimus sequens stemma, quod tibi non inutile videbitur ad intelligendos veteres historicos.

STEMMA POPVLORVM
ITALICORVM.

EXTERI POPVLI ITALICI

ASIA-	Ex Troade & Paphlagoniâ	Veneti Duce Antenore.
TICI.	EX LY- DIA	ETRVS- CI
		Etrusci propriè dicti inter Tiberim & Arnun. Rhæti versùs Alpes.
GRÆ- CI	OENOTRII, qui postea se dixere ABORIGINES	LATINI, quorum pars Rutuli, VOLSCI fortè; nam eorum genus ignoratur.
seu	PEVCETII, Græcis Iapyges Latinis	Daunij. Peucetij.
ARCA- DES	APVLI	Messapij.
	PELASGI qui se Oenotriis & Sabinis iunxere.	
CEL- TÆ,	LIGVRES gens Celtica vsque ad Rhodanum fusa.	
seu	CARNI gens quoque Celtica, Euganeorum domitrix.	
genētis	GAL- LI	TRANSPA- DANI
CEL- TICI	seu	Libici. Insubres. Læui. Orobij. Cænomani.
	GALA- TÆ.	CISPA- DANI
		Amanes. Boij. Lingones. Senones.
IN-	VMBRI antiquissimi Italiæ populi.	
	SICVLI eiekti in Siciliam ab Ausonibus.	
DI-	EVGANEI præda Venetorum, & Carnorum.	

GE-		OPIGI		S A-		Picentes quorum pars Picentini, à supero mari ad inferum tradu- cti.
NÆ						
POPY-		OSCI,		qui se		Marrucini.
LI						
ITA-		&		αἰρό- φορες dicunt:		Vestini.
LICI						
seu		AVSO-		eorum		SAMI-
αἰρό- φορες						
		eorum		LES		TES
						nati.
						Campani.

§. 6. De Apennino monte vniuersam Italiam decurrente.

NOMEN Apennini, cur sit huic monti inditum nemo sapienter dicere potest. Nam dubio procul nugantur Seruius, Isidorus, & Paulus Diaconus qui eum à Pœnis dictum volunt. Totam Italiam percurrit, sectusque in duo cornua, altero Siculum, altero Ionium spectat; procurrens autem ad Iapygium Promontorium *Vultur* appellatur ab indigenis, vt vult Strabo.

ALTITVDO Apennini par Alpinae dicitur apud Silium Italicum lib. 2.

Alpibus equatum tollens caput Apenninus.

Sed Lucanus hyperbolicus eum etiam supra Alpes euehere videtur lib. 2. Pharsalidos.

— *quâ collibus Apenninus*

Erigit Italiam, nullo quâ vertice tellus

Alius intumuit, propiusque accessit Olympo.

LONGITVDO eius pendet ex principio & fine: de *fine* nulla difficultas, certum est enim in Leucopetram, seu Brutium Promontorium desinere vulgò *punta delle Saëta*: de *INITIO* reperio quinque discrepantes sententias.

Prima

SECUNDÆ PARTIS LIB. V. 517

Prima opinio est Appiani in Annibalicis, qui eum statim ab Alpibus exoriri putat, ideóque totam Italiam decurrere. Idem dicere videtur Polybius lib. 2. qui Apennini cum Alpibus connexionem supra Massiliam (hoc est in parte agri Massiliensis) agnoscit; & Padum oriri ex Vertice, Alpes & Apenninum connectente.

Secunda opinio, hoc initium statuit ad Vada Sabbatia, sic Decimus Brutus apud Tullium lib. 12. Famil. *Ad Vada peruenit, qui locus iacet inter Apenninum, & Alpes.*

Tertia est Strabonis libro 4. qui ab vrbe *Genua* inchoat Apenninum: errauit tamen eodem in loco, cum Alpes terminat ad Vada Sabbatia: quis enim vnquam hiatum inter illos duos montes agnouit?

Quarta opinio est Titi Liuij lib. 21. qui connexionem Alpium, & Apennini locat ad fontes Fl. Trebiæ, hodie etiam *Trebbia*.


Quinta opinio est scriptorum medijsæui, qui Alpes ad Tusciam, & Æmilix finem promouerunt: sic Agathias lib. 1. Montes inter Tusciam, & Æmiliam Alpes vocat; & Lucanus lib. 2. ait Rubiconem intumuisse *Alpinis nubibus*. Agathix adstipulantur Seruius & Isidorus: quorum opinionem firmare videtur quòd in præfentiâ inter Florentiam, & Cæsenam stet oppidulum dictum *Castellum dell' Alpi*. Clucrius putat Apennini hanc partem à Gallis Alpes vocatam esse, quoniam hi linguâ patriâ omnes editos montes, Alpes vocant.

ANTIQVA ITALIÆ DIVISIO
GENERALIS.

ITALIÆ	{	GALLIA	{	Transpadana: <i>Mediolanum.</i>
PARS		CIS-	{	Cispadana: <i>Bononia.</i>
SEPTEN-		ALPINA	{	Liguria: <i>Genua.</i>
TRIO-	{	Venetia: <i>Patavium.</i>		
NALIS.		Pars Rhætiae: <i>Tridentum.</i>		
		TUSCIA. In qua 12. populi ex 12. urbibus dicti.		
		UMBRIA: <i>Spolegium. Ariminum.</i>		
		SABINIA: <i>Cures. Reate.</i>		
		LATIUM: <i>Roma Gentium Domina.</i>		


ITA-	{	SAMNIVM: Vbi Piceni, Samnites, Marfi, Peligni, &c.					
LIÆ		CAMPANIA: <i>Capua.</i>					
PARS	{	MA-	{	APV-	{	Daunia: <i>Sipontum.</i>	
ME-				LIA	{	Peucetia: <i>Canusium.</i>	
RI-		GRÆ-	CIA.	{	MESSA-	{	Calabri: <i>Brundisium.</i>
DIO-					PIA	{	Salentini: <i>Tarentum.</i>
NA-			{	OENO-	{	Lucani: <i>Pestum. Sybaris.</i>	
LIS.							TRIA.

INSV-	{	MAIO-	{	RES	{	SICILIA: <i>Syracuse. Messana.</i>	
LÆ				{	CORSICA. <i>Aleria: Mariana.</i>		
AD	{	MING-	{	RES	{	Ilua.	
ITA-						{	Pontia.
LIAM	{	PRÆ-	{	CIPVÆ	{	Ænaria.	
						{	Caprea.
						{	Diomedea.
						{	Æolia.
						Ægades.	
						Melita.	



ITALIÆ SEPTENTRIONALIS DIVISIO.

	<table border="0"> <tr> <td rowspan="2">VENE-</td> <td rowspan="2">TIA.</td> <td rowspan="2">}</td> <td>ISTRI. Pola : <i>Pola.</i></td> </tr> <tr> <td>CARNI. Aquileia : <i>Aquilée.</i></td> </tr> <tr> <td></td> <td></td> <td></td> <td>VENETI. Patavium : <i>Padouë.</i></td> </tr> </table>	VENE-	TIA.	}	ISTRI. Pola : <i>Pola.</i>	CARNI. Aquileia : <i>Aquilée.</i>				VENETI. Patavium : <i>Padouë.</i>
VENE-	TIA.				}	ISTRI. Pola : <i>Pola.</i>				
		CARNI. Aquileia : <i>Aquilée.</i>								
			VENETI. Patavium : <i>Padouë.</i>							
GAL-	PARS RHÆTORVM Tridentum : <i>Trente.</i>									
LIA			CENOMANI. Cremona & Mantua.							
			EVGANI. Tusculanum : <i>Tusculano.</i>							
	GAL-		INSVBRES. Mediolanum : <i>Milan.</i>							
	LIA		OROBII. Bergomon : <i>Bergamo.</i>							
			LEPONTII. Ofcela : <i>Domo d'Ofcella.</i>							
	TRANS-		SALASSI. Augusta Prætoria : <i>Aôste.</i>							
	PADA-		LIBICII. Vercella : <i>Vercelles.</i>							
	NA.		LÆVI. Ticinum : <i>Pavia.</i>							
ALPI-			TAVRINI. Augusta Taurinorum : <i>Turin.</i>							
			SEGVSINI. Segusio : <i>Suze.</i>							
	GALLIA		ANAMANI. Placentia : <i>Plaisance.</i>							
	CIS-		BOII. Mutina : <i>Modene.</i>							
	PADA-		LINGONES. Forum Cornelij : <i>Imola.</i>							
	NA.		SENONES. Rauenna : <i>Rauenne.</i>							
	LIGV-		CAPILLATI. Genua : <i>Gennes.</i>							
	RIA.		MONTANI. Dertona, <i>Tortone.</i>							
TV-	Trans-Arnum Fl. APVANI. Pifa : <i>Pise.</i>									
SCIA,	CIS ARNVN	}	1. Volaterani.	5. Cæretani.	9. Clusini.					
seu			Fluuium	2. Vetulonij.	6. Veientes.	10. Aretini.				
ETRV-	Duodecim	}	3. Ruffelani.	7. Volfinij.	11. Cortonenses.					
RIA.			populi.	4. Tarquinij.	8. Falisci.	12. Perusini.				
	VILLVMBRI, seu		}							
VM-	Trans-Apenninum.		Ariminum : <i>Rimini.</i>							
BRIA.	OLVMBRI, seu VM-		}							
	BRI Cis-Apenninum.		Spoletium : <i>Spolette.</i>							
SABI-	CIS-VELINVM Fl. Cures : <i>l'Euesché des Sabins.</i>									
NIA.	TRANS-VELINVM. Reate : <i>Rieti.</i>									
	LATINI. Roma æterna : <i>Romela Sainte.</i>									
LA-	RVTILLI. Ardea : <i>Ardea.</i>									
	ÆVICOLI. Algidum perit ; hodie locus <i>l'Osteria.</i>									
TIVM.	HERNICI. Anagnia : <i>Anagni.</i>									
	VOLSCI. Antium : perit ; <i>Antio rouïnata.</i>									
	AVRVNCI. Caieta : <i>Caiete.</i>									




ITALIÆ MERIDIONALIS DIVISIO.

SAMNIVM.	PICEN- TES olim, & <i>Picentini</i> dicti.	{	VERVM PICENVM. Ancona: <i>Ancone.</i>	{	PALMENSIS. Asculum Pic. <i>Astoli.</i>			
						PICENVM ADIECTI- TIVM	{	PRÆVTIVS. Castrum Nouum: <i>Flauiano.</i>
	VESTINI. Amiternum: <i>Amiterno rovinata.</i>							
	MARRVCINI. Teatea: <i>Chieti, vel Tieti.</i>							
	FRENTANI. Oitona: <i>Ortona.</i>							
	PELIGNI. Corfinium: Ruinæ prope <i>Pentina.</i>							
	MARSI. Marrubium: <i>Mornea, seu Maro.</i>							
	SAMNITES { Beneuentum antea Malcuentum, hodie proprie dicti { <i>Beneuent.</i>							
	HIRPINI. Abellinum: <i>Auellino.</i>							

CAM- PANIA.	{	CAMPANI. Capua: <i>Sainte Marie de Capoue.</i>
		PICENTINI. Salernum: <i>Salerne.</i>

MAGNA GREGIA.	APVLLIA.	{	APVLLIA vera.	{	DAVNIA. Sipontum: <i>Siponto.</i>
	CALABRI. Brundisium: <i>Brindes.</i>				
		SALENTINI. Tarentum: <i>Tarento.</i>			
	LVCANI.		{	CIS APENNINVM, vbi <i>Posidoniates</i>	{
		TRANS-APENNINVM, vbi <i>Sybarite.</i>			
	CIS-APEN- NINVM		{	HIPPO- NIENSES { Hipponium: hodie <i>Monte Leone.</i>	
		TRANS- APENNINVM.			{
	CROTONIATÆ: Croto, seu Cro- tona: <i>Cortona.</i>				
		LOCRI. Locri: <i>Gierazzo.</i>			



CAPVT II.

Gallia Cisalpina Historica.

AD discrimen veræ Gallia quæ dicta est *Vterior & Vltima*, & *Transalpes*, & *Gallia Subalpina*, Regio de quâ agimus vocata fuit *Citerior Gallia*, *Gallia intra Alpes*, *Subalpina Italia*, *Gallia Circumpadana*, *Italia Gallica*, *Gallia Togata*, scilicet ad discrimen Gallia quæ Braccis utebatur, ex quo Togam, Italicam vestem, Galli eò transmissi assumpserunt. Porrò agemus hoc capite 1. de transitu Gallorum in eam regionem, deinde de eius finibus, tum de Alpibus eam ambientibus, denique de Pado Fl. hanc alluente.

§. 1. *De transitu Gallorum in Italiam.*

CAUSA huius quadruplex ex variis historicis colligitur. *Prima*, intestina discordia, sic Iustinus. *Secunda*, fides, vix, vinum, oleum quæ Elico fabrilem artem Romæ professus domum retulit; Plinius lib. 12. cap. 10. Liuius lib. 5. *Tertia*, immensa hominum multitudo quam Gallia non poterat alere; sic Plutarchus in Camillo, Zonaras Ann. lib. 2. Iustinus lib. 24. vbi notat trecenta hominum millia exiisse ad quærendas novas sedes. *Quarta*, Gallos ductos cupiditate lætissimæ, & amœnissimæ regionis, quam præ oculis habebant, leui causâ ad hanc expeditionem commotos esse; Polybius lib. 2.

MODVS, & TEMPVS. Ad tollendam confusionem inter opiniones auctorum, historiam hanc ex omnibus scriptoribus probabiliter sic concinno, ex Polybio, Liuiio, Plutarcho, Iustino, Strabone, &c.

Celtæ qui regionem incoluerunt inter Sequanam, & Matronam Fluios, *la Seine & la Marne*, montemque Gebennam *les Scuenes, &c.* penes Biturigas eorumque regem Ambigatum fuerunt: is Ambigatus cum videret hominum multitudinem, & seditione regionem suam prægruari, sororis suæ filios Bellouesum, & Sigouesum ad novas sedes quærendas cum trecentis circiter bellatorum millibus emisit. Sigouesum suos Boios deduxit in Boiohæmiam, vnde regioni nomen in Germaniâ: Bellouesum cum aliis conflatis

flatis ex variis nationibus Cenomanis, Aruernis, Senonibus, Boiis & aliis in Italiam transire molitus, confedit primùm in parte Gallia quæ postea Narbonensis dicta est, vbi & Massiliensibus auxilio fuit; at hæc condita Olymp. 45. Urb. cond. 154. Tarquinij Prisci 14. quando contigit

Prima Transmigratio cum per Alpes Taurinas transit cum Insu-
bribus suis Bellouesus, & regionem ad Mediolanum occupauit.

Secunda Migratio, seu expeditio fuit Cenomanorum paulò post
sub Elitouio duce, per easdem Taurinas Alpes. De tempore hoc
statui potest, eos non multis annis interiectis transiisse, quia Liuius
lib. 5. ait eos Alpes transiisse Belloueso fauente.

Tertia expeditio Libiciorum fuit, sed quo Duce, aut tempore
non constat; & eodem itinere cum superioribus, ex Liuius, viden-
tur transiisse.

Quarta Migratio, Boiorum fuit, & Lingonum, qui non viden-
tur eò irrupisse ante annum Urbis conditæ 232. Olymp. 64. annum
3. Tum enim Umbri cum Etruscis qui Padum accolebant, oppu-
gnabant Cumas, vt ait Dion. Halic. lib. 7. at Etrusci expulsi sunt
à Boiis & Lingonibus, vt habet Liuius.

Quinta denique & extrema expeditio, fuit Senonum quæ incidit-
se videtur in annum V. C. 359. tunc enim ait Liuius lib. 5. Etruscos
dixisse in concilio non posse se iuuare Veios contra Romanos,
quòd haberent novos incolas Gallos cum quibus nec pax satis fi-
da, nec bellum pro certo esset. Certè iidem post quatuor annos
hoc est Olymp. 97. an. 2. Clusum obsederunt, & sequenti Ro-
mam incenderunt V. C. 364. Olymp. 97. an. 3.

Quæritur vtrum hi Galli vrbes habuerint, an tantùm in vicis
habitarint? Qui *negant* vrbes condidisse, nituntur auctoritate Pli-
nij lib. 19. cap. 1. & Strabonis lib. 5. ex Polybio, vbi vocatur Me-
diolanum vicus, additurque Gallos vicus incoluisse. Qui aiunt, in-
nituntur Plutarcho dicenti in Camillo Gallos in 18. vrribus
Etruscorum quos depulerant, habitasse.

§. 2. De Finibus Gallia Cisalpina.

QVID QUID terrarum fuit ab Arsiâ Fluuio ad Æsim vsque, &
Anconam, & à Varo Fl. ad Arnun sub Coss. Romanis Gallia
Cisalpina adiudicatum est. De Arsiâ Fl. probatur: quia lanæ Alti-

nates Gallicæ dicuntur apud Columelam de re Rust. lib. 7. cap. 2. & apud Vibium Seq. Timauus Aquileiæ, Galliæ fluuius est. Apud Melam lib. 2. cap. 4. *Carni & Veneti colunt Galliam Togatam.* Aliquando tamen Veneti excluduntur à Galliâ Cispalinâ; sic alueus citimus Padi dicitur Venetos à Galliâ Cispalinâ dirimere.

De Anconâ citari solet idem Mela loco iam laudato: *Ancon inter Gallicas, Italicâsque gentes quasi terminus interest:* sed clariùs Plinius lib. 3. cap. 14. *Ab Anconâ ora Gallica incipit, Togata Galliæ cognomine.* Vulgò tamen Rubicon Fl. hodie *Fiumecino*, aut *Rugone* statutus est ab eâ parte Galliæ limes; ita Cicero 6. Philippicâ, Plutarchus in Iulio, Suetonius, Appianus in ciuilibus, Lucanus, Plinius, &c. Hanc tamen opinionum varietatem conciliat Strabo libro quinto, dum ait: *Is limes saepe à Magistratibus mutatus est, & primum Æsim voluerunt, postea Rubiconem.*

De Arno fluuijo, & quòd Liguria eò vsque protracta, sit adiudicata Galliæ, arguit is locus ex Suetonio in Iulio, vbi dicuntur Crassus & Pompeius Iulium conuenisse Lucam, in vrbem prouinciæ suæ; at Luca iacet inter Macram & Arnun.

§. 3. De Alpibus Galliam Cispalinam ambientibus.

N V M E R V S I. Nomen.

ALPES in plurali, & Alpis in singulari Poëtis, & in Itinerariis, in Alpe Graiâ, Pæninâ; Græcis Αλπισ 105. Hoc nomen habere dicuntur primo à candore, nam Festus ait Sabinos album dicere alpum. Secundo ab altitudine, nam Galli altitudines montium vocant Alpes inquit Isidorus Orig. lib. 14. cap. 8. & Seruius in 10. Æneid. vnde factum vt montes Pyrenæi & Carpathos Alpes vocarentur. Tertio à transitu, sic enim Galli vocant transitum inter angustias, inquit Procopius lib. 1. Goth. Quarto vt Mythologi ab Albione, vel Alebione filio Neptuni qui hîc contra Herculem dimicans occidit. Quinto vt vult Tzetzes in Lycoph. à quodam Alpi qui hîc interfectus est.

TAVRI vt pluribus probare nititur Cluuerius, vnde & populi Taurisci dicti: certè in Norico nominibus illis additur vox illa Taurn, & aliter Alben, vt Felber-Taurn, seu Felber-Alben.

RIPHÆI montes; sic disertè Athenæus lib. 6. cap. 4. Alpium

iuga πάλαι μὲν Ριπῶα, ὑπερον Ολβια, νῦν δὲ Αλπια. Et Protarchus apud Stephanum Alpes ait dictas esse Riphæos montes, & omnes populos supra Alpes incolentes vocatos esse Hyperboreos: vnde Æschylus & Apollonius poetæ Istrum ex Riphæis montibus elicerunt.

N V M. 2. *Quantitas Alpium.*

LONGITUDO Alpium & extensiones statui non possunt, nisi earum principium & finis statuatur, de utroque auctores antiqui in varias opiniones distracti sunt.

- | | | |
|---------------------------------------|---|--|
| I N I-
TIVM | { | <p><i>Prima opinio</i> est Strabonis & veteris Scholiastæ Horatij, qui initium Alpium à Vogeso monte ducunt; nam ex Alpius Ararim, & Sequanam eliciunt.</p> <p><i>Secunda</i>, eas inchoat ab vrbe Vienna; sic Aufonius <i>Alpino queque Vienna iugo; & Alpina recta Viennæ.</i> Idem sentit Polybius lib. 2. dum meminit Gallorum qui ad Rhodanum Alpes incolunt.</p> |
| A L-
PIVM. | { | <p><i>Tertia opinio</i>, eos ducit à Massiliâ; sic Polybius libro 2. sed hæc opinio ad sequentem reduci potest, quia Massilia sumitur, & pro vrbe, & pro regione, vt Eustathius in Dionysium Afrum docet.</p> <p><i>Quarta</i> denique & <i>communissima</i> Alpes ait esse limitem Galliæ, & Italiæ; ac proinde à Varo Fl. eadem inchoat.</p> |
| FINIS
A L-
PIVM. | { | <p><i>Prima opinio</i>, est Melæ lib. 2. cap. 3. qui Alpes in Thraciam promouet.</p> <p><i>Secunda</i>, est Plinij qui eas ad finem Dalmatiæ extendit, ad montem Scodrum; sic cap. 25. lib. 3.</p> <p><i>Tertia opinio</i>, est Strabonis lib. 4. Herodiani lib. 2. & 8. atque aliorum vulgò ad Italiæ Orientalem limitem, ultra Ocrum montem, non produci.</p> |
| E X-
TEN-
S IO
A L-
PIVM. | { | <p><i>Straboni</i> est διχιλίων ἢ διακοσίων σταδίων.</p> <p><i>Plinio</i> per Cluverium emendato, à supero mari ad inferum, decies centies mille passuum.</p> <p>Cluverio à Varo Fl. ad Arsiam Fl. octingentorum millium passuum, vt ipse dimensus est.</p> |

LATITUDO. Plinius lib. 3. cap. 19. de eâ sic statuit: *Alpes in la-*
Xxx ij

itudinem Cornelius Nepos centum millia, T. Liuius tria millia stadiorum excurrere docent; quod vtrumque verum est diuersis in locis; nam & centum millia explent aliquando, vbi Italiam à Germaniâ submovent; nec LXX. millia explent, reliquâ sui parte graciles.

ALTITVDO. Primò, Plinius lib. 2. cap. 65. ait quosdam arbitrari Alpium vertices tractu non breuiore t. millibus passuum assurgere.

Secundò, earum Altitudo colligi potest ex aliis montibus: conferantur ergo cum Olympo, & Pindo montibus editissimis: Strabo lib. 4. docet vtrumque vno die conscendi posse ab expedito viatore: Plinius ait Dicearchum inuenisse ad perpendicularum Pindum esse passuum MCL. Plutarchus in Æmilio notat Olympum supra sex gradibus assurgere, idque ostendit ex epigrammate de Xenagorâ filio Eumeli. At Strabo lib. 4. negat à quopiam intra quintum diem Alpes superari posse, ex quâ comparatione quàm editæ fuerint intelliguntur.

NVM. 3. Qualitas Alpium.

DESCRIBVNTVR Alpes à Silio Italico lib. 3. vbi canitur Annibalis transitus, Polybio lib. 2. & 3. Liuiio lib. 21. Petronio Arbitro in Satyrico, qui aiunt hîc niues esse panè cælo immixtas, pecora & iumenta frigore torrida, homines intonsos, & incultos: in collibus nihil pabuli, valles satis lætas, & aquis irriguas; nullos incolas in cacumine; earum latera vbique coli, & arbores syluâque gignere,

NVM. 4. Diuisio Alpium in partes.

DIVIDVNTVR Alpes in Maritimas, Cottias, Graias, Penninas seu Pœninas, Rhæticas seu Tridentinas, Noricas, Carnicas, Iulias seu Pannonicas.

ALPES MARITIMÆ porrigebantur à mari ad montem Vesulum *M. Viso*, seu *Veso*: malè ex eodem monte Appianus, & Seruius Rhodanum eliciunt.

ALPES COTTIÆ, Tacito Cœtiansæ Alpes, extenduntur à monte Vesulo, *Viso*, ad Cenisium, *le mont Cenis*.

ALPES GRAIÆ, quasi Græcæ, inquit Seruius, fortè ab Herculis transitu, quem tamen aliqui per Alpes Maritimas transisse

autumant, vnde portus Herculis Monæci dictus. Tacitus meminit Graij montis, qui Liuius lib. 21. Cremonis iugum dici videtur, hodie *le petit S. Bernard*. Alpes autem Graiæ decurrunt à M. Cennifio ad summum Penninum, vulgò *Monte-Ioue*, Gallicè *Mont-Iou*, aliter *le grand S. Bernard*.

ALPES PENNINÆ, aliis POENINÆ, quasi à Pœnis, quòd quidam putent per eas Annibalem traiecisse; at id falsum est. Nomen ergo habent à Deo Pennino qui in summo Pennino colebatur, vt intelligimus ex Liuius: Hinc etiam dicta Pennina Vallis per quam decurrit Rhodanus. Alpes autem illæ iacent inter summum Pœninum *le grand S. Bernard*, & Adulam M. S. *Gotard*, ex quo Rhodanus, Rhenus, Ticinus, & Arola Fl. existunt.

ALPES RHÆTICÆ, sic dictæ sunt à Rhætis populis, aliter TRIDENTINÆ ab vrbe Tridento *Trente*; & procurrunt ab Adulâ monte, seu S. *Gotardi*, ad Alpium montem ex quo procedunt Drauus, *le Draue*, & Æfacus, seu Attagis, vulgò *Laisoch*. Magna tamen pars illarum Alpium dicitur mons Adula, Festo Auieno Atulla, hodie S. *Gotard*, *Crispalta*, *Braulio*.

ALPES NORICÆ, sic dictæ à Noricis populis, & Norico; extenduntur à Draui fontibus, ad fontem Fl. Natifonis *Lizonzo*. Hac voce non vtuntur veteres, sed tantum medijs æui scriptores Iornandes, Aimoinus & alij.

ALPES CARNICÆ, à Carnis populis dictæ, ducuntur à fontibus Natifonis, ad fontes Nauporti *Laubach* in Sauum influentis, & Formionis *Rizano* cadentis in Hadriaticum mare; seu melius ad montem Ocræ *monte Cese*, qui duos hos fluuios euomit, & circa Formionis fontes vixere populi Subocrini Plinio. Dicitur autem mons Ocræ, hodie *Monti della Vena*, humillima pars Alpium per quam merces curribus Aquileiâ deferantur Nauportum *Laubach*.

ALPES IULIÆ, producuntur à fontibus Formionis & Nauporti, ad fontes fluuij frigidi *V vipach*. Sic dictæ sunt à Iulio Cæsare, qui primus iter per eas aperuit, & munuit. Tamen Rufus Festus tradit hanc viam à Iulio inchoatam, perfectam ab Octauiano dum in bellum Illyricum incumberet. Amm. Marcel. lib. 31. ait has olim dictas esse VENETAS; Tacitus lib. 2. Hist. & 3. eas PANNONICAS appellat, quæ voces eundem montium tractum significant.

N V M. 5. *Transitus Alpium.*

ALPIBUS sic coronata est Gallia Cisalpina, ut in eam nisi per angustas fauces non detur aditus, de quibus Liuius, Polybius, Strabo, Plinius, Herodianus, &c.

PRIMVS TRANSITVS, per *Alpes maritimas*, seu per *Ligures*, dicitur tritus fuisse à Cæsare ut Virgilius 6. *Æneid.* Hæc quoque transiisse ferunt Herculem maximè ob portum Herculis Monæci; sic Petronius Arbiter, qui tamen has cum Graiis confudit; sic Amm. Marcellinus lib. 15. vbi notat Herculem prædictum portum extruxisse. Hæc autem via secundùm littus procedebat: postea autem alia via excisa est noua à Segusterone *Cisteron*, de quâ libro sequenti.

SECUNDVS Transitus per *Alpes Graias*, per quas traiecisse ferunt Herculem, ideoque dictæ *Graia*, ut habet Plinius lib. 3. cap. 17. Idem habet Æmilius Probus in vitâ Annibalis. Hæc transiisse putauit Annibalem Cælius Antipater apud Liuium, videlicet per *Cremonis iugum*; sed delusus est, eruditorum omnium iudicio.

TERTIVS per *Alpes Cottias*, quæ munitæ sunt à Cottio Rege amico Augusti, ut ait Amm. Marcel. lib. 15. per has transmisere Galli duce Belloueso, quia Liuius lib. 5. ait eos traiecisse per Taurinos saltus, at illi respondent viæ quæ est à Segusione *Suse*, per *Alpes Cottias*. Eodem quoque itinere Cenomani, & Libicij vsi sunt: eodem Pompeius, quem magni facit in epist. ad Senatam, cuius meminit Salustius 3. histor. vocatque Annibalico iter opportunius.

QUARTVS à superiore parum admodùm differt, & Asdrubalis fuit. Cùm enim diuersus fuisse dicatur à quatuor aliis quos Varro commemorat, quorum 1. per *Ligures*, 2. quo Annibal, 3. quo Pompeius, 4. quo Asdrubal, 5. quo Græci, restat ille qui pergit ex valle Maurienâ per montem Cenisium, & Segusionem ad Augustam Taurinorum. Quod autem dixerunt aliqui Asdrubalem eadem viâ venisse quâ Annibal, ideò dixerunt quòd per viam à Cottio stratam postea, putarunt Annibalem traiecisse. Differt autem hic à præcedenti; tertius enim pergit Ebroduno *Ambrum*, Brigantione *Briançon*, Segusione *Suse*; hic autem quartus vel vallem Maurienam, montem Cenisium, Segusionem, Augustam Taurinorum ducit. Eodem quoque videtur vsus esse Cæsar, quem descri-

bit lib. 1. de bello Gallico; nam hîc mentio fit Garocellorum, & Ocelli vulgò *Ezilles*, quò itur Segusionem, & hinc in Taurinos.

QUINTVS, fuit Annibalis *per Alpes Penninas*, reclamante licèt Liuius, qui hanc improbat opinionem, sed fide dignior Polybius, longè diligentior, & qui hæc loca se inspexisse profitetur. Confirmatur auctoritate Plinij lib. 3. cap. 17. *Alpes Graias atque Peninas, his Pannos, illis Herculem transisse.* Hæc autem via in duas scinditur, quarum vna breuior est quidem, sed angustior, hodie dicitur *Val Pelina*, altera longior, sed latior, hodie *Val d'Aosta*, & *Val di Barda*, in quibus Annibal equos suos, & elephantos refecit. Quæ autem dicuntur de aceto, & igne quibus Alpes illæ excisæ sunt, fabulæ meræ sunt; siquidem de his tacuit accuratissimus Polybius. Meminit quoque huius viæ Cæsar 3. de bello Gallico.

SEXTVS, per easdem *Alpes Penninas*, per montem *Adulam*, le mont *S. Godard*, per Belitionem *Belizona*, deducit in Heluetios. Eum tenuit Constantius Imperator cùm progressus est in Alemannos. Eâdem quoque viâ Alemanni irruerunt in Italiam tempore Claudij qui Gallieno successerat; quando ab eodem Imperatore cæsi sunt ad lacum Bennacum.

SEPTIMVS, per *Alpes Rheticas*, ducitur secundùm Larium lacum, le lac de *Come*, Curiam, & Brigantium *Coiri & Bregentz*, per quem transire Tiberius & Drusus bello Rhætico finem imposituri, cuius meminit Dio lib. 54. Eodem quoque vsus Stilico; nam Claudianus de bello Gothico meminit Larij lacus.

OCTAVVS, per *Alpes Tridentinas*, qui ducit Tridento *Trente*, Augustam Vindelicorum *Ausbourg*. Per has irrupere Cimbri in Italiam, vt quidam putant, nam Florus lib. 3. cap. 3. ait Tridentinis iugis in Italiam prouolutos ruinâ descendisse. Eâdem quoque viâ videntur Galli in Veneticum agrum descendisse, ann. urb. C. 566. quando & urbem in agro Aquileiensi moliti sunt, cuius meminit Liuius lib. 39.

NONVS Transitus, per *Alpes Carnicas*, ab Aquileiâ per Iulium Carnicum *Zuglio*, de quo nihil occurrit.

DECIMVS, per *Iulias Alpes*, in Pannoniam ad Nauportum *Laubach*, deducebat. Hoc iter ab Iulio, & tentatum, & confectum est, quando Gallicæ Prouinciæ Illyricum curauit adiiciendum. Ruffus Festus ait sub Iulio & Augusto perfectum esse: forrè Augustus hoc munivit diligentius; & per has fauces Romani in Pannoniam & Illyricum suas copias vulgò deduxere.

§. 4. De Pado fluuio Galliam Cisalpinam alluente.

NVM. 1. Nomen Padi.

DICTVS est PADVS teste Metrodoro Scepsio apud Plinium lib. 3. cap. 16. à voce Gallicâ *Pades*, quæ *picam* sonat, quoniam arbor illiusmodi ad caput eius plurima: cùm linguâ Ligurum *BODINCVS* vocaretur: hoc est *fundo carens*.

ERIDANVS quoque nuncupatus est *Rex fluuiorum* Virgilio, ab Eridano solis filio quem Phaëtonem dicunt, qui fulmine afflatus in hunc fluuium cecidit, vt ait Isidorus lib. 13. cap. 21. Quomodo autem veteres inducti sint in fraudem, & hunc Eridanum Italicum cum Sarmatico confuderint qui ad Gedanum cadit *Dantzich*, diciturque hodie *Radune*, seu *Radanne*, & *Redane*; itémque de Electro ibidem crescente, quod Italiæ perperam veteres affinxerunt: lege bene longam Philippi Cluuerij diatribam cùm in Italiâ suâ, tum in Germaniâ.

NVM. 2. Fons Padi.

ORITVR Padus ex Vesulo monte (hodie *Vesò*, seu *Visò*) aiunt Plinius, Solinus, & Mela: ex triplici fonte, vt volunt Seruius & Isidorus; vt Polybius & Mela ex fontibus. Addunt Plinius & Solinus fontem eius *visendum* esse, vnde occasio errandi Blondo existimanti nomen proprium Padi fontis esse *videndus*; certè Marrianus Capella errandi occasionem abstulit dum eum *Mirabilem* dixit. Ratio autem eius miraculi affertur à Plinio lib. 2. cap. 103. *Padi fons mediis diebus aestiuis velut interquiescens semper aret: postquam passuum tria millia decurrit cuniculo hauritur (hodie ad vicum Pisana) sicque hauritur vt nihil eius appareat; at post duo miliaria iterum emergit:* Plinio quidem in Foro-Vibiensi agro, Solino & Capellæ in Vibiensi agro. Augerur autem maximè ad Canis ortum liquatis niuibus, vt omnes veteres putauerunt, & pleraque flumina Galliarum ebibit, de quibus in Geographicâ descriptione cap. 3. & 4.

NVM. 3. De ostiis Padi.

DE numero ostiorum huius fluminis duplex est veterum sententia.

Prima, est Polybij lib. 2. duo esse Padi ostia, Paduam & Olanam: pro *Padua* legendum putat esse Cluverius *Padusa*, : Plinius notat Olanam postea dictum esse *Volanen*. Padusæ Virgilius, Claudianus & Plinius meminere; hic addit olim Messanicum dictum. Hodie Volana nominatur *il Pó di Volana*, Padusa *il Pó d'Argenta* Padus Argentanus.

Secunda sententia Pado 7. ostia assignat, quæ idè septem maria appellata sunt: sic Plinius, Herodianus, Mela, & alij. Vnde factum ut Apollonius Rhodanum 7. ostiis in mare deuolui dixerit, quia cum Eridano confuderat. Ea ostia sic tibi digerimus procedendo à Meridie in Boream.

I. & Meridionalius AVGVSTA FOSSA, aliter Fossa A sconi dicta, quæ Raenam vsque protracta erat: & hodie dicitur *il Canale di S. Alberto*.

II. PADUSA, aliter MESSANICVM OSTIVM, & SPINETICVM, itèmq; VATRENI PORTVS, quo ingressus est Claudius Cæsar è Britannia triumphans prægrandi illâ domo veriùs quàm nauì, ait Plinius lib. 3. cap. 16. Dicitur idem PADVS MAGNVS, quia præcipuum est ostiorum Padi: *Spinetum* autem à Fl. Spine ad quem vrbs Spina condita erat: *Vatreni* autem à Vatreno Fl. *Santerno*, qui Forum Cornelij alluit, cur Messanicus, nescio: hodie Padus Argentanus *il Pó d'Argenta*, & *Primaro*.

III. CAPRASIA, hodie Ostium dicitur *Bocca di bell'Ochio*, Alueus autem *Virginese*.

IV. SAGIS, & infra Comaclum cadit in mare, hodie *Porto Magno*, aliter *Porto di Magna Vacca*, à diuersorio publico hîc sito. Quòd autem hic alueus ita dictus sit, arguit vicus *Fossege* ei affixus, quasi *Fossa Sagi*.

V. VOLANE, antea OLANA, vt ex Plinio antea inuimus: hodie nomen retinet *il Pó di Volana*.

VI. FOSSA CARBONARIA, ostium hodie *il Porto di Goro*, Alueus *il Pó d'Ariano*.

VII. FOSSA PHILISTINA, aliter TARTARVM, quia hîc erat olim Tartari fluminis ostium, qui Ptolemæo Atrianus Fl. dicitur, hodie *Tartaro*, ostium autem & Alueus hodie vocantur *il Pó Grande*. Fossa verò committens tria hæc posteriora ostia FOSSA NERONIS appellabatur.

CAPVT III.

De Populis Gallix Transpadanæ.

HI vulgò populi Gallix Transpadanæ accensentur; *Histri*, *Carni*, *Veneti*, quos aliqui excludunt; alij ab omnibus admissi sunt *Cenomani*, *Euganei*, *Insubres*, *Orobij*, *Lepontij*, *Salassi*, *Libicij*, *Læui*, *Taurini*, & *Segusini*.

§. I. *Descriptio Historica.*NUM. I. *De Histris & Histriâ, seu Istriâ.*

NOMEN Histriæ plerique omnes ab Istro flumine deducunt, per quem Argonautæ humeris & machinis Argo nauem suam elatam in Hadriaticum deportarunt: sic Scyllax, Mela lib. 2. cap. 3. Plinius lib. 3. cap. 18. Veriùs Iustinus lib. 32. ait dictos esse Histros à fluuio ex quo concesserant ad hanc maris oram, quod etiam ait Isidorus. Quis porrò fuerit ille fluuius per quem Argonautæ descenderint in Hadriaticum non est facile statuere. Græculi recentiores *Aquilim* vocant, ita Sozomenus & Zosimus: Plinius ait nesciri quo fluuio vsi fuerint lib. 3. cap. 18. sed id contigisse, ait non procul à Tergeste: arbitratur Cluuerius Argonautas per Sauum progressos esse, & Nauportum, & ad urbem Æmonam *Laubach*, eam ex aquis deduxisse, & in Timauum detulisse. Fauet huic opinioni quòd veteres arbitrarentur Danubium, seu Istrum cuniculis in Timauum subire. Sunt igitur Histri origine Colchi: Scymnus tamen eos Thracas facit, alij Celtas quibus subscribere videtur Cluuerius. Vtrum autem dicti sunt Scenici *Histriones* ab *Histris* putat Festus Pompeius, negat Liuius lib. 7. vbi Histriionum nomen deducit à Tuscâ voce *Hister* quæ Ludionem sonat.

QUALITAS Histriæ: de eâ Theodoricus apud Cassiod. lib. 12. epist. 22. ait, *diuino munere grauida, vini, olei, tritici fecunditate gratulatur, & Rauennæ Campania est.* Eius Oleæ laudantur etiam apud Martialem.

FINES. Arsiâ Fl. Arsiâ Italiæ limite, & Alpium iugis, quæ nunc *Albia* dicuntur, aut vt habent Tabulæ nouæ *Monti della noua*,

à Iapygibus dirimitur Histria. Olim à Venetis discescebatur Timauo flumine; postea à Carnis Formione Fl. *Rizano* separata est.

NVM 2. De Carnis.

NOMEN. Carni apud Liuium *Sarni* nominantur Celtici generis, apud Orofium difertè Gallica gens. Deuicti sunt à Q. Martio Rege Consule an. Urb. Cond. 635. vt aiunt Epitomistes Liuij, & Orofius.

FINES eorum à Septentrione fuerunt Alpes, vnde dicuntur Alpina gens Floro, Orofio gens sub radice Alpium sita. Olim supra Venetos protensi erant, quando Veneti ad Timauum extensi erant, & Histris continuabantur, vt ex Strabonis lib. 5. intelligitur. Postea ergo his finibus coërciti fuere Carni; à Septentrione Ocrâ monte, hodie *Monte Cese*; ab Oriente Fl. Formione, *Rizano*; ab Occidente Fl. Tilauempto, *Taiamento*; à Meridie Hadriatici maris recessu, *mare Hadriatico*.

NVM 3. De Venetis, seu Henetis.

NOMEN. Strabo lib. 5. saltem dubitare videtur, vtrùm non sint hi dicti à Venetis Gallis. Reliqui scriptores Polybius, Liuius, Melia, Plinius eos ex Asiâ cum Antenore accersunt. Erât hi ex Paphlagoniâ pulsi, dictique Heneti, Regéque Pylamene ad Troiam amisso, cum Troianis quibusdam iuncti, eò appulerunt, pulsisque Euganeis eorum agri partem occuparunt; sic Liuius, sic Strabo. Polybius tamen hanc Henetorum cum Antenore commigrationem explodit. Confirmatur quòd hi apud Liuium, Polybium, Plinium semper opponantur Gallicis. Herodotus lib. 1. vocat Henetos Illyricam gentem. Item Dio Chrysof. oratione de Troiâ ait Antenorem in hac regione inuenisse Henetos. Iulianus Imp. ait eos antequam Ro. parerent dictos esse Henetos, postea vnam litteram mutatam esse. Regio dicta est *Henetia*, & *Venetia*.

QUALITAS. Quàm fuerit fertilis, & populosa Venetia arguit quòd ait Scymnius cum eam vocat *αἰσθη καρπύμων*, & habere vrbes *πεντήκοντα*. Stephanus in voce *Αδρια*, ait pecora bis hîc in anno parere, & capras eniti simul 3. aut 4. hædos, & quandoque quinque; Gallinas in die bis ouâ emittere, quòd extremum con-

firmat Plinius lib. 10. cap. 54. Emittebat quoque hæc regio equos præstantissimos, quos Veneti magnâ curâ alebant, vt ait Strabo lib. 5.

FINES. Olim Tuscos per Galliæ Cisalpinæ partem istam sparfos separabat à Venetis Fl. Athesis *l'Adice*; sed Tuscis per Gallos cicetis factus est limes Venetiæ, & Galliæ Cispadanæ Alueus Citimus Padi vulgò *il Pó d'Argenta*, quare à Propertio Eridanus *Venezus* nuncupatur. Olim etiam ab Histris separati sunt Fl. Timauo: postea Fl. Tilauempto *Taiamento* à Carnis discreti sunt, Carnis in plana deductis. Ad Addam *Addua*, quoque Fluuium olim Veneti pertinuisse perhibentur; postea vltra Veronam non sunt extensi.

N V M. 4. *De Cenomanis.*

NOMEN habent à Cenomanis Gallis, & Liuius Cænomani, Plinio Cenomanni dicuntur: perperam quidam scioli Germanos dictos esse putauerunt, quia in inscriptionibus M. Marcelli spoliolum vident cum Insubribus iunctos Germanos, sed ignorant illum Cenomanos fuisse socios pop. Ro. vt ex Polybio intelligitur; Sigonius ergo per Germanos putat intelligi Gæfatas, de quibus postea. Antequam duce Elitouio in Italiam transcenderent habitauerunt iuxta Massiliam in Volcis, vt ait Plinius lib. 3. cap. 17. postea confedere vbi Verona & Brixia, vt habet Liuius lib. 5.

FINES Cenomanorum, à Septentrione Euganei; ab Oriente Veneti; à Meridie Padus; ab Occidente Insubres.

N V M. 5. *De Euganeis.*

NOMEN. Dicti videntur quasi *εὐγενεῖς nobiles*, quia ex comitatu Herculis hîc relictî sunt cum Lepontiis, vt innuit Strabo lib. 3. cap. 10.

QUALITAS. Lanæ hinc exquisitæ, quare apud Iuuenalem pro molli sumitur, & *Euganeâ quantumuis mollior agnâ.*

FINES. A Septentrione Alpibus Rhæticiis separantur à Rhætis; ab Occidente Montium ductu qui inter lacus Verbanum & Larium excurrunt, *le lac Majeur, & le lac de Come*, quo à Lepontiis separantur; à Meridie Orobiis & Cenomanis contermini sunt; denique ab Oriente à Rhætis fluuiio Athesi diuiduntur.

NVM. 6. *Insubres.*

NOMEN. Polybio *Isombri* dicuntur, Plutarcho *Insombres*, & *Isombri*, Stephano *Insubares*, Straboni *Sombri* & Ἰσουβροί, Latinis constanter *Insubres*, vnde Liuius eques *Insuber*. Liuius lib. 5. significat eos conflatos esse ex variis gentibus, Biturigibus, Aruernis, Senonibus, Æduis, Carnutibus, Aulercis: sed cum non procul à Ticino Fl. *le Testin* vicissent Tuscos, & locum in quo confedissent appellari cognouissent *Insubrium*, eiusdem nominis cum pago Æduorum, omen sequentes loci, vno nomine se *Insubres* nominasse. Polybius lib. 2. hanc maximam gentem Gallicarum *Italicarum* nuncupat.

FINES. A *Meridie* *Læuos* habent, ab *Occidente* *Libicios*, à *Septentrione* *Orobios*, ab *Oriente*, *Cenomanos*.

NVM. 7. *De Orobis.*

NOMEN habent vt prodit Cornelius Alexander apud Plinium lib. 3. cap. 17. quòd in montibus viuerent à Græcis ὄρος & βίος. Certè Cluuerius *Bergomum* eorum urbem deriuat à Teutonicis vocibus *Berg*, hoc est *Mons*, & *Home*, id est *Domus*, quasi *Domicilium in Monte*. Cato apud Plinium fatetur se nescire. Non fuerunt autem *Insubres*, quia Liuius lib. 33. *Comenses* ab *Insubribus* distinguit.

FINES. A *Septentrione* *Lepontiis* & *Euganeis* contermini sunt; ab *Oriente* iisdem *Euganeis*; ab *Occidente* prædictis *Lepontiis*; à *Meridie* denique *Insubribus*.

NVM. 8. *De Lepontiis.*

NOMEN. Sic dicti sunt teste Plinio lib. 3. cap. 20. quòd ex comitibus *Herculis* hic relictis essent, à Græcâ voce λιπειν, vel λέπειν; obsistit tamen quod apud Strabonem Ληπόντιοι scribuntur, qui & perperam eos *Rhætis* admiscet. Cato eos *Tauriscæ* gentis arbitratur. Cæsar ait ex iis nasci *Rhenum*: malè *Marcell.* lib. 15. *Rhenum* per eorum agrum decurrere tradit.

FINES. Diuiduntur à *Septentrione* à *Sedunis* & *Rhætis*, ab *Occidente* *Salassis*, à *Meridie* *Libiciis*, ab *Oriente* *Euganeis*.

N V M. 9. De Salassis.

ORIGO. Galli origine fuerunt, vt ex Obsequente, & Orofio liquet, sed hos Cato apud Plinium lib. 3. cap. 20. ait Tauriscæ gentis fuisse. Gens Inalpina vulgò ab Historicis dicitur. Strabo lib. 4 ait Salassos habitasse in valle quam Fl. Duria eluit, & hoc vsos esse ad eluendum aurum, quo regio abundabat. Ab Appio Claudio Consule domiti sunt, non sine cæde & clade Romanorum, ait Florus. Anno V. C. 610. post centum annos rebellant, inquit Dio, sub Augusto, & à Valerio Mesallâ deuicti sunt. Sed cùm post decennium ab eodem Augusto defecissent, per Terentium Varronem, vt habet Dio lib. 53. penitus excisa gens, venditi 36. millia, præter 8. millia armatorum qui conscisi sunt, agerque eorum Prætorianis cohortibus concessus est.

FINES. *A Septentrione* habent Veragros & Sedunos, *ab Occidente* Centrones, *à Meridie* Ideonni regnum, *ab Oriente* Lepontios.

N V M. 10. De Libicis.

NOMEN & ORIGO. *Libici* apud Plinium & Ptolemæum nominantur, apud Liuium *Libicij*, itémque *Libui*, & *Lebui*, Polybio *Lebecij* dicuntur. Orti sunt teste Liuius lib. 5. ex Saluis; Plinius ex Saliis eos accersit, & Vercellas eorum urbem tradit fuisse lib. 3. cap. 17. Liuius scribit eos ad Ticinum Fl. confedissee, & eorum sæpe meminit vt lib. 21. & 33.

FINES. *ab occasu* separantur Orgo Fl. Orco à Taurinis; *à Septentrione* Alpium radicibus à Salassis, & Lepontis diuiduntur; *ab ortu* Guniâ Fl. *la Gogna* à Læuis; denique *à Meridie* Padus Fl. *le Pô*, eos à Liguribus dispescit.

N V M. 11. De Læuis & Mariscis.

NOMEN & ORIGO. Apud Polybium Læi dicuntur, & Λæιοι, suntque origine Galli: at Liuius & Plinius eos Ligures esse contendunt; conciliari possunt omnes, quia Ligures gentem esse Gallicam certissimum est.

Iis iuncti fuerunt MARISCI qui quondam ab illis discreti demum in gentem vnam coaluerunt, & Marisci inferiores perdidere

nomen. Certè Plinius lib. 3. cap. 17. ait Læuos & Mariscos Ticinum urbem, *Pauie*, condidisse.

FINES Diuiduntur *ab Oriente* Guniâ Fl. *la Gogna* à Libiciis; à *Meridie* Pado à Liguribus; *ab ortu* Lambro *Lambro*, vel *di Monza* à Cenomanis; à *Septentrione* ab Insubribus.

N V M. 12. *De Taurinis.*

NOMEN & ORIGO. Nomen traxisse videntur à voce Celtica *Taur*, quâ significari Alpes suprâ inuimus, vnde omnes populos Inalpinos contendit olim dictos esse Tauriscos Cluuerius in suo Illyrico. Certè apud Stephanum nostri hi Taurini, Taurisci nominantur, apud Eratosthenem Teurisci. Ligustici generis eos faciunt Lilius lib. 21. Strabo lib. 4. Plinius lib. 3. cap. 5. sed Polybius eos gentibus Illyricis accenset lib. 2. & 3.

FINES. Orgo Fl. *Orco* separantur *ab Oriente* à Libiciis, item & Pado à Liguribus, vt à *Meridie*; à *Septentrione*, & *Occidente* à Segusinis.

N V M. 13. *De Segusinis, seu de Regnis Cotij, & Ideonni Regulorum.*

COTIVS princeps, seu COTTIVS fretus latebris suis, & asperitate locorum deuictis Gallis libertate vsus est, neque paruit Romanis; donec deposito timore, & delinitus ab Octauiano in eius amicitiam receptus est, viamque strauit Gallis & Romanis peropportunam, vt intelligimus ex lib. 15. Ammiani Marcellini. Sed quando Rex appellatus est? Auctor Collectanearum historiarum apud Cluuerium, ait Olymp. 105. an. 4. à Claudio Imperatore M. Iulio Cotio, paternum Imperium adauctum esse, & tum Regem primò appellatum esse. Demum sub Nerone mortuo Cotio siue eodem, seu eius filio in formulam prouinciæ tractus ille redactus est, vt tradunt Suetonius, Sexi. Aurelius Victor & alij.

Fines autem eius Regni extendebantur à Segusione *suse* ad Ramam *Rame* oppidum, & à Vesulo monte, *Viso*, ad Ocelum, *Esilles*.

IDEONNI regnum coniungit Strabo cum Regno Cotij: certè per vtrumque Segusinos populos spargunt plerique. Quidam etiam Centrones populos eò referunt, quorum caput Tarentasia

Moustier en Tarentaise. Cluuius putat hoc regnum restrictum fuisse monte *Cenisio le mont Cenis*, & minore *S. Bernardi le petit S. Bernard*, cui subscribitur. Ouidius lib. 1. de Ponto Eleg. 7. scribens ad Vestalem quem facit oriundum à Regibus huius ditionis, vocat illud regnum **DONNI**.

§. 2. *Geographica descriptio populorum Gallie Transpadanae.*

NVM. 1. *Histri hodie*, la pluspart de l'Histrie, & vne petite partie du Frioul.

VRBES HISTRIÆ.

ÆGIDA oppidum ciuium Ro. *Cabo d' Istria*; in Insulâ posita, sic dicta ab Ægide Palladis, vt habet nobilis inscriptio, reparata à Iustino filio Iustiniani Imperatoris, vnde dicta Iustinopolis, vt eadem testatur inscriptio.

Parenticum: *Parento*, cuius incolæ Parentini.

POLA postea Pietas Iulia dicta, à Colchis habitata, & eorum opus; dicta à voce Colchicâ *Polis*, quæ exulem sonat, quia hi re infectâ ad Æxam redire veriti, hîc sibi exilium indixerunt. Sita est ait Strabo in sinu portuoso continente multas Insulas frugiferas, subducendis nauibus opportunas quas Pullarias postea dicemus: hodie nomen retinet *Pola*. Ab eâ quoque nomen habuit Promontorium Polaticum: hodie *Punta di Promontoré*.

Nesactium: *Castel nouo*, cuius meminit Liuius lib. 41. vbi oppugnatio vrbs describitur.

Piquentum, *Piguento*, oppidum in Mediterraneis Ptolemæo.

FLV-
VII
HIS-
TRIÆ. { ARSIA: Fl. *Arsa*, Italiae limes Plinio & aliis; apud Lycophronem videtur Diferum nuncupari, ad quem malè collocat Polam.
Formio: *Rhezano*, Carnorum Histrorumque terminus.

INSV-
LÆ { ABSYRTIDES: cuius incolæ Absyrtenses, vbi Medea fratrem suum dicitur interemisse. Apollonius videtur eas Brigeidas appellare à Brigis populis eas incolentibus. In his Colchi urbem condidere nomine Absorim: Ptolemæus vnicam facit Insulam Absorum, in quâ locat duas vrbes Crexam, seu Crespam, & Absorim.



HISTRIÆ VENETORVM
ET CARNORVM
DESCRITIO

- H I S- } forum. Mela duas Insulas facit Abforum, & Abfyr-
 tim: hodie media & maxima *Cherso*, ei magnitudine
 parè par *Ofero*, reliquæ duæ in Boream *Ferosina*, &
Cao, ex quibus vnam faciunt nouæ Tabulæ *Perosina*,
 posterioribus temporibus dictæ sunt Insula Flanonē-
 T R I- } fis, & Flanone, Socrati, Histor. Tripart. & Paulo
 Diacono.
 C Æ. } Sepomana: *S. Nicolao*, è regione Parentij.
 Vrsaria: *Conuersera*.
 Ciffa: *Figaruola*.
 Pullariæ Insulæ Polæ portum prætexentes: hodie ea-
 rum maxima *Brioni* dicitur.
- S I N V S } POLATICVS, seu FLANATICVS, sic dictus ab vrbibus
 Polâ, & Flanonâ: hodie *Golpho di Carnero*, de quo lib.
 sequenti.
- N V M. 2. } *Carni*, la partie Orientale du Frioul, petite partie de
 l'Istrie, le Comté de Goritz.
- V R- } A Q V I L E I A Colo. *Aquileia*, vel *Aquilegia*, ab Aquilâ
 volucre nomen accepit, aiunt Eustathius, & Iulia-
 nus Imp. alij ab Aquilone comite Antenoris, alij ab
 B E S } aquis quibus probè eluebatur. Melæ diues ciuitas,
 Iuliano *ἐμπόριον μάλα εὐδαίμων, ἔπειτα βρύον*. De eâ
 vide multa apud Herodianum lib. 8. vbi eam describit
 obsessam à Maximino. Fidelissima Ro. semper extitit,
 & mulieres eius fortitudine illustres fuere.
- M A- }
 R I T I- } Portus Natifonis, seu Aquileiensis, aliter ad Gradus,
 hodie *Porto di Grado*, in Insulâ quæ Paulo Diac. dici-
 M Æ } tur Gradus in plurali; ad quam ciuitatem translata se-
 des Patriarchalis Aquileiensis.
- C A R- } Pucinum castrum, vnde vinum cui Iulia Augusta tribue-
 bat 82. atatis suæ annos: hodie vel *Castel Duino*, vel
Prosecco.
- N O- } T E R G E S T E Colonia, Tergesta Straboni, quam & vicum
 Carnicum vocat, Stephano Tergestra in plurali, &
 R V M. } Tergestrum: hodie *Trieste*. Ab eâ dictus sinus Ter-
 gestinus, aliter Aquileiensis, & Mare Aquileiense:
 hodie *le Golphe de Trieste*.

VR-
BES } IVLIVM CARNICVM : hodie *Zuglio*, cuius incolæ Plinio Iulienfes Carnorum; à Iulio Cæfare condita est.
ME-
DI- } FORVM IVLII Colonia vnde oppidani Foroiulienfes
TER- } Plinio: hodie *Ciuidal di Friuli*, & *Patria di Friuli*; à
RA- } Iulio Cæfare nomen habet qui hîc Forum statuit, vt
NEÆ } ait Paulus Diac. non videtur effe Colonia facta ante
CAR- } Vedinum cuius incolæ Venidates Plinio, & Vdinum
NO- } penultimâ breui: hodie *Vdine*, Germanis *Vveiden*.
RVM. } Noreia, vrbs fita erat circa oppidum quod hodie *Venzo-*
ne; vnde videlicet incipit effe nauigabilis Tilauēptus,
quod fcitè elicit ex Strabonis lib. 4. Cluuerius.

FLVMINA
CARNORVM.

Tilauemptus Fl. & portus, aliis Tiliamentum, quod nomen Græculi Grammatici à Tilia deducunt: hodie *Taiamento*, & Portus *Porto di Taiamento*.

Natifo, Aquileiam alluens Melæ; an Plinij Turro? Vide de hoc flumine bene longam Cluuerij diatribam pag. 284. hodie *Natiffa* vocatur: Ego certè arbitror Natifonem in Sontium defluentem olim Aquileiam deriuatum effe, vnde ortæ sunt tantæ inter Geographos contentiones.

Sontius Fl. hodie *Lifonzo*: ad eum Fluuium victus est, & fugatus Odoacer contra Theodoricū & Gothos depugnans.

Turro: Plinij hodie dicitur *Torre*.

TIMAVVS Fl. hodie *Timauo*, fluuius & fons apud veteres celeberrimus. Malè à quibusdam ad Patauium collocatur, & *Brenta* dicitur, videlicet quia Antenoreus Euganeus, Phrygius cognominetur. Lege de eo Strabonem lib. 5. vbi & meminit hic Diomedei templi, & luci. Cuniculo hauritur in agro Aquileienfi, hodie ad vicum D. Cantiani *S. Cazan*, & post 14. miliaria existit ad Fanum S. Ioannis Cherfici *S. Gioanni di Cherso*. Ei tribuuntur 7. fontes à Martiale, ab aliis nouem: quomodo autem hæc conciliari possint lege Cluuerium, explicantem etiam miracula quorum meminit Polybius, qui eius etiam fontem *μντῆρα Ἰαλάτης* nuncupat.

Formio inferiore sui parte *Rizano*, superiori à Germanis *Alben*, duos habet fontes, quorum alter *Fulm* dicitur,

fortè corruptè pro *Furm*, voce magis alludente, vt credit Cluuerius.

NVM. 3. *Veneti*: hodie la partie Occidentale du Frioul, la Marche Taruisane, le Vicentin, le Padoüan, le Dogado, la plus grande partie du Ferrarois, & le Polesin de Rouigo.

SPINA à Pelasgis ante Troiæ ἀλωσι condita, Plinius tamen putat à Diomede statutam, tempore Strabonis tantùm vicus, quondam vrbs Græcanica nobilis, olim ad mare sita, sed viuente Strabone xc. stadiis ab eo disiuncta, vt ait Scyllax bis mille quingentis passibus distat: famosa est Thesauro suo Delphico. Ab ea dictum ostium Spineticum, de quo suprâ: *eius etiam ruina pe iere.*

PATAVIUM: *Padouë*, vrbs Antenoris Melæ, Liuius & aliis: sic dicta est vel à Padi vicinitate, vel à Palude Padinâ, seu Paduâ propinquâ, vel ὑπὸ τῷ πέπεθαι, ab Augurio. In eâ inquit Strabo, censi sunt p. viri equestres, & ad bellum xx. armatorum millia emittebat, ac duobus Meduacis aliebat.

ATRIA, seu HADRIA: hodie *Adria*, & *Adri* Tusciæ oppidum Stephano, & opus Diomedis; ab hac dubio procul dictum mare Hadriaticum, vt asserunt Liuius lib. 5. & Plinius lib. 3. cap. 17.

Fossa Clodia ad Meduacû minorem; hodie *Baciglione nuono*. Ateste Colonia Plinio, & Tacito: *Este*.

FORVM ALLIENI: *Ferraria*, postea corruptè Forum Arrij, vnde vox Ferraria detorta est, dictum & Trigabulos.

VICENTIA: *Vicenza*, Colonia & Municipium, ex quâ natus Cecina legatus Vitellij, de quo Tacitus 3. Annal.

Altinum in paludibus situm Straboni, affixum erat ripæ Silis Fl. vbi nunc eius ruinæ ostenduntur *Alino ruinata*, malè dicitur esse *Torcello*, quia eò translatus Episcopatus. Laudantur lanæ Altinates.

Opitergium: *Oderzo*, vrbs excisa à Quadis Marcell. lib. 29. sed postmodum reparata; sæpè capta, sæpè diruta.


Concordia Colonia, Ordia corruptè apud Strabonem; malè Carnis tribuitur à Ptol. Iulia Col. dicitur in inscriptionibus; *eius vestigia visuntur.*

- F'L V- P A D V S: de quo § 4. cap. 2. vbi & de eius fonte, & ostiis.
- M I- Athesis: *Ladice*; quem aliqui perperam cum Atifone confundunt; Veronam alluit.
- N A Tartarus: *Tartaro*; aliter Atrianus cuius meminit Tacitus 3. Historiarum.
- V E- Meduaci { Maior } hodie { *Brenta.*
duo { Minor } { *Bachiglione.*
- N E- Lipientia: *Linenza*, fluens ex montibus Opiterginis Plinio lib. 3. cap. 18. Seruius putat de eo loqui Maronem lib. 9. *Lipientia flumina circum*, vbi & quidam legunt malè Lipientia.
- T O- R V M. Eretenus: *Retone*, Vicentiam alluens optimas anguillas alit, ait Ælianus.
- FONS { A P O N V S, seu Aquæ Patauinae, & Patauini fontes: sic dictus est quasi sine labore *ἄπυρος*. Describitur apud Cassiod. lib. 2. Epist. 39. Ad hunc fontem Gerionis oraculū, de quo Suetonius in Tiberio. Ab hoc quoque Patauina regio dicitur Apona tellus apud Martialem: hodie *Abono* vicus, ad quem ille fons, nomen retinet.


N V M. 4. *Cenomani*: hodie vne grande partie du Veronois, la partie du Mantouïan au delà du Pô, vn grande partie du Bressan, & quelque partie du Cremonois.

- V R- B R I X I A: vulgò *Brescia* & *Bressa*, incolæ Brixiani, caput gentis Cenomanorum, Colonia Ro. & Municipium.
- B E S C R E M O N A: *Cremona*, Græcis *Cremon*, tempore belli Annibalici facta Colonia, & anno V. C. 562. reparata, missis 6. millibus familiarum, grauitè ab Octauiano afflicta, quando agri ciuibus adempti, quando & cecinit Maro,
Mantua va misere nimium vicina Cremona.
- C E- Item à Vespasiano incensa est, sed mox eo adnitente reparata.
- M A N T V A: *Mantouë*, de cuius nomine vide Seruium ad illud x. Æneid. *Mantisque dedit tibi Mantua nomen;* à

- quo & populi Tusci caput fingitur in gratiam patriæ suæ, cum reuerà caput Tuscorum esset Felsina, seu Bononia *Boulogne*. Patria Virgilij vulgò dicitur, & Donatus ait natum esse in pago *Andes* non procul à Mantua, qui hodie dicitur *Pesolo*. Vrbs illa ad Mincium Fl. sita est.
- NO-
M A-
VERONA: *Verona*, filia Brixia, vt ait Catullus, ad quam confedisse dicuntur Cenomani apud Liuium lib. 5. Plinius tamen hanc urbem Rhætis attribuit.
- NO-
M A-
Hostilia vicus ad Padi Mincisque confluentias, cuius Tacitus meminit: nunc *Osteia*, seu *Ostiglia*.
- NO-
Ardelica, malè Ariolica: nunc *Pesquiera*.
- RVM.
Sirmio Peninsula in lacum Bennacum excurrens; prædium cuius herus fuisse videtur Catullus, qui vulgò Veronensis dicitur: hodie *Sirmione*.
- FL V-
VII
Bedriacus vicus celebris pugnâ inter Orthonem & Vitellium, mox aliâ inter Vitellium, & Vespasianum; Victori dicitur *Bebriacum*, *Betriacum* Plutarcho: hodie *Canet* ad Confl. Ollij, & Clusij fluuiorum.
- CE-
NO-
M A-
NO-
RVM.
Ollius: *Oglio*, ab incolis *Oio* per lacum Sabinum defluens, ortus ex monte *Montaruolo*.
- CE-
NO-
M A-
NO-
RVM.
Mela: *Mela*, vicinus Brixia, apud Catullum dicitur Brixiam *percurrere*, lege ex Cluuerio *præcurrere*: oritur ex monte Brenno, hodie *Manina*.
- CE-
NO-
M A-
NO-
RVM.
Clusius Polybio, in Tabulis Itiner. Cleufis: hodie *Chiese*, seu *Chiesi*.
- LA-
CVS.
Mincius: *Menzo*, Benacum lacum percurrens Plinio, Sequestro, Seruio, & aliis; Probus Gram. ex eo oriti scripsit. Certè non desunt aliqui qui eum suprâ Benacum dici putent *Sarracam*, vt & hodie *Sarca*.
- LA-
CVS.
BENACVS, qui marinas tempestates imitatur, inquit Seruius, vnde Maro *Fluctu assurgens Benace marino*, hodie *Lago di Garda*: Straboni ex Polybio est longit: 500. stadiorum, latitudinis cL. Phylargirus dat ei 1200. stadia in circuitu; de verâ amplitudine dicemus lib. sequenti.







NUM. 5. *Euganei*, hodie partie du Bressan, du Trentin, le Bergamasque, & la Valtelline.

- Vennonnes: *Val Venosca*, ultra fontes Ollij Fl.
 P O- Triumplini: *Valdi Troppia*.
 P V L I Camuni: *Val Camonica*.
 RUGUSCI, & RIGUSCI: *in agro Tridentino*, vbi & Rotalianus campus.
 E V - Suanetes: ad vicum *Zuan*.
 G A - Brixentes: ad urbem *Brixen*.
 N E I. Calucones: *in Engadina*.
 Stoni, seu Stoeni: ad Vicum *Stor*.
 A nonium, seu Anaunia: *Non*, seu *Nan* ad Fl. Nofinum.
 V R - Garda, seu Lagare oppidum, cuius mentio in Longobardicis: nomen seruat & lacui dedit, *Garda*.
 B E S Tusculanum: *Tusculano*, locus rudibus multis effossis inclytus, præcipuum oppidum incolarum lacus Benaci, qui inde Benacenses appellantur.
 E V - Maternum, nauale seu portus Tusculanensium, vt suspicatur Cluuerius; hodie *Maderno*.
 G A - Sabium, cuius incolæ in inscriptionibus dicuntur Sabini; hodie *Sabio*, vel *Sabbio*.
 N E O - Voberna oppidum ad Clusium Fl. *Boarno* vicus.
 R V M. Vannia Ptolemæo, cuius oppidani Vannienses: hodie *Ciuada*, siue *Ciuadado* in valle Camonica.
 Telium: *Tellio*, vnde vallis Tellina.
 Clauena *Chiauenta*.
 Ollius: *Oglia*, in Padum cadens.
 F L V - Addua: *Adda*, per Tellinam vallem decurrens, & cadens in lacum Larium.
 V I I
 E V - Vbartus: hodie *Brembo*, pontem Aureoli stringens.
 G A - Humatia: *Serio*, in Adduam cadens.
 N E O - Mella: *Mela*, in Ollium defluens.
 R V M. Clusius de quo supra: *Chiese*, vel *Chiesi*.
 Sarraca: hodie *Sarca*, pars superior Mincij Fl.
 B enacus ex parte, de quo numero superiore: *Lago di Garda*.
 L A -
 L A R I V S: *Lac de Come*, qui iuxta Catonem per LX. millia

- CVS } tenditur vt habet Seruius: Straboni trecentorum fe-
 E V- } rē stadiorum, hoc est 37. mil. $\frac{1}{4}$ Phylargirus dat ei
 GA- } circuitus centum viginti stadia, & amplius; sed de
 NEO- } eo iterum in recentiore. Posteriori quo dictus est
 RVM. } Comacinus. Et superior eius pars Antonino dicitur
 MONS } SVMMVS lacus, cuius vestigia supersunt in vico *Sa-*
 } *molico*: hodie hæc pars dicitur *Lago di Chiauena*, ali-
 } *ter della Riva di Mezuola*.
 } SEVINVS, seu SEBINVS, ab oppido Seuo, seu Sebo di-
 } ctus: hodie *Lago d'Isèo*.
 } EDRINVS, seu EDRANVS, ab vrbe Edro: nunc *Idro*, vn-
 } de *Lago d'Idro* nuncupatur.
 } Brennus ex quo Mella Fl. effunditur: hodie *Monte*
 } *Manina*.

NVM. 6. *Insubres*, nunc partie du Duché de Milan, le Cremas- que, & partie du Cremonois.

VRBES IN SVBRIVM.

MEDIOLANVM: *Milan*, Italis *Milano*, Straboni & Ptol. Me- diolanium, Procopio *Mediolana* in plur. dicta est fortè à *Mediolanio Eburonicum*, *Eureux*: Alciatus putat sic di- ctam urbem ab insignibus *Æduorum* qui *Suem*, & *Bituri- gum* qui *Verucecem* præferabant. *Leander* à voce *Celticâ Medel*, virgo, & *lant*, terra, quòd hîc *Pallas* coleretur: nam fabula est quod de animali setigero, & lanigero narratur. Apud *Polyb. lib. 2.* dicitur *μεγίστη*, & *πολυανθρωποταύτη τῶν Γαλαπκῶν*, & hanc *Gallos* vocare *μητρόπολιν*; *Procopij* tempore habitabatur à *Liguribus*, & princeps erat urbium *Occidentis* secundùm *Romam*. *Tacito* firmissimum mu- nicipium dicitur, & in *inscript. Antonino Pio*, *Nouæ Athe- næ*: an quia hîc *Pallas* coleretur? huius templum postea mutatum est in ædem *S. Teclæ*.

LAUS POMPEIA, sic dicta à *Pompeio Strabone* patre *Pom- peij Magni* qui *Coloniam* renouauit, & ei ius *Latij* dedit, vt aiunt *Strabo* & *Asconius*: hodie est *Lo'eué*, vicus sic dictus à *Longobardis* quasi *Laus Vetus*, quando *Loddi* ho- diernum extructum est.

Forum Diuguntorum, aliàs *Iutuntorum*: *Crema*.

Acer.

Acerræ, seu Acherræ: *Gherra*, ad confluentias Adduæ, & Serrij, celebris vrbs in historiâ Ro. Polybio, & Straboni.

Pons Aureoli: hodie *Ponte San-Pietro*, aliis *Pontiruolo*; ab Aureolo dictus, quem vicit hîc Gallienus, Claudius postea ibidem interimit.

FLV- { Addua: *Adda*
Vbartus: *Brembo* } de quibus suprâ.
Humatia: *Serio*

VII { Frigidus, aliter Lamber, hodie *Lambre*; vnde fortè Lambrani milites nomen traxere.

NVM. 7. *Orobij*, partie du Duché de Milan autour de Come.

VRBES OROBIORVM.

BERGOMVM: *Bergamo*, à scriptoribus medijs æui Bergamum, Procopio Pergama in plurali, apud Paulum Diac. Pergamum, & Pergamus. Ei adiacens regio abundabat ære purissimo, ait Plinius; qui ex Catone notat Bergomates dictos esse à vrbe Berga, *etiam nomine prodente esse altiùs, quàm fortunatiùs sitos.*

COMVM: Κομων: *Como* ad lacum Larium, afflictum à Rhætis suprâ accolentibus, à Pompeio Strabone Magni patre reparatum, ait Strabo lib 5. quibus Cneus Scipio tria millia Colonorum adiecit; addidit Iulius Cæsar quinque millia, de quibus quingenti fuere Græci nobilissimi, tùmque incolæ dicti Neocomitæ, & Colonia Nouumcomum. Sed illi noui ciues malè affecti sunt initio belli ciuilib. Scriptores mediæ ætatis Sigebertus, & Regino urbem vocant Cumas, & incolas Cumanos.

FONS Plini, in loco vulgò etiamnum *Pliniano*; de hoc fonte plura in Admirandis dicemus.

FORVM LICINII, & corruptè apud Plinium Licini-forum: creditur hodie dici *Picue d'Incino*, Cluuerio est *Berlasina*.

LA- { LARIVS, de quo in Euganeis.
EVPILIS, quem Lamber fluuius subit, nunc exaruit ex parte, & abiit in tres minores lacus, vt ait Paulus Iouius Comensis. De eo iterum in nouâ, nam in præsentia oblimatus in tres lacus minores conuersus videtur.

CVS

N V M. 8. *Lepontij*, hodie vne partie des suiets des Suiffes, & la partie du Duché de Milan, vers le lac Maieur.

VR-
BES { Oscella: hodie, *domo d'Oscella* Italis, Germanis *Tubm in Eschentáal*.
LE-
PON- } Belitio castrum in CANINIS CAMPIS Gregorio Turon. lib. 10. cap. 3. hodie *Bellizona*. Hos autem campos Caninos, malè quidam putant Grifonibus dedisse nomen, quia canus Italis *Grifo*, Germanis *Graun*; nam hi camp dicti sunt Canini non Cani. Cur ergo Canini dicti? ignoratur, nisi ab iis qui vaticinari volunt.

FLV- { Ticinus: *le Tesin*, in Verbanum lacum influens ortus ex monte Adula, *S. Gotard*.

VII { Ceresius lacum cognominem neçtens lacui Verbano; hodie *Tressa*; quibusdam & Gauni lacus olim, vt in nouis tabulis adnotatur.

LA- { VERBANVS: *Lago Maggiore*, Straboni longitudine cccc. Stadiorum, de quo & adiunctis ei lacubus in recentiore Italiâ plura dicentur.

CVS { Ceresius Gregorio Turon. *Lago di Lugano*, fortè in Tabulâ Itinerariâ Cusius lacus corruptè scribitur.

N V M. 9. *Leui*, hodie les Territoires de Pauie, & de Nouarre.

VRBES LEVORVM { NOVARIA: *Nouarre*, à Fl. cognomine dicta, Municipium teste Tacito; sic dictam volunt quasi Nouam Aram: ab Eltio quodam Troiano condita creditur filio Venetis, qui hîc aram matri suæ posuit, & montem cui vrbs imposita est de suo nomine Eltium appellauit. Innuere videtur Plinius sic dictam quasi Nouam Ariam, reliqua vide apud Leandrum, qui hîc multas fabulas profert.

TICINVM: *Pauie*, à *Læuis* & *Mariscis* conditum oppidum Plinio; malè apud Ptolemæum addicitur Insubribus. Municipium erat, & bello 2. Punico tantùm vicus.

FLV-
VII { Nouaria: hodie *la Gogna*.
Ticinus: *le Tesin*, prælio Romanorum memorabilis, & pietate maioris Africani in patrem.

N V M. 10. *Libicij*, hodie la Seigneurie de Vercelles, la Lumegliane, & partie du Montferrat au delà le Pô.

- V R-
B E S
LIBI-
CIO-
RVM.
- VERCELLÆ: *Vercelli*, Gallis *Vercelles*; Marcellino Vercellum, vicus tâtum Straboni, iuxta hanc urbem erat auri fodina: ab vrbe non procul, scilicet inter hanc & Laumellum, & Nouariam RAVDII CAMPI, in quibus deuieti Cymbri à Mario 100 millibus trucidatis, vt ait Velleius lib. 2. Auctor de viris illustribus, & Florus vocant huius cædis campum Raudium, quorum vestigia inuenit Cluuerius in vico *Rubio*.
- LAVMELLVM: *Lamello*, & *Lumello*, vnde dicta est Regio Laumellana, quæ perperam apud Plinium Alliana scribitur, vt ingeniosè suspicatur Cluuerius.
- Rigomagus: *Trino*, nobis *Trin*; Magus autem pontem videtur significare, vt aliàs inuimus.
- Quadrata: *Crescentino*.
- FLV-
VII
LIBI-
CIO-
RVM.
- Orgus, Plinio Morgus: *Orco*.
- Duria maior Augultam Prætoriam alluens: hodie *la Doria Baltia*, aliter *la Doria Bautia*.
- Sessites Vercellas intingens, aliter Sessis, vel Sestis: hodie *Sessia*, item & *Senza*, & *Sissia*, & *Sessa*.

N V M. 11. *Salasi*, hodie le Val d'Aoste, & quelque partie du Piedmont.

- V R-
B E S
SA-
LAS-
SO-
- AVGVSTA PRÆTORIA condita ab Augusto eodem loco, quo Terentius Varro castra fixerat, dum gentem hanc rebellem excindebat: hodie *Aoste*. Hæc à Solino & Capella dicitur Italiæ Limes.
- EPOREDIA: sic dicta à Gallis à voce *Eperedicâ*, quæ significat *bonos equorum domitores*, ait Plinius lib. 3. cap. 17. Ad hanc salunca optima crescebat; eoque deducta Colonia est teste Paterculo Mario sexies, Valerioque Coss. annis 18. post Narbonam, ab eo tamen malè collocatur in Vagiennis: hodie *Turte*, & *Inurea*, & *Lamporegio*.

A A a ij

RVM. { Vitricium : hodie vicus *Vereggio*, seu vt aiunt incolæ
Verezo.
 Arebrigium : hodie *Monago*.

FLV- { Doria Maior Augustam Prætoriam, & Eporediam al-
 VIVS. { luens : hodie *la Doria Baltia*, seu *Bautia*.

NVM. 12. *Taurini*, hodie vne bonne partie du Piedmont au delà
 le Pô, & quelque peu du Marquisat de Saluces.

VR- { TAVRASIA Polybio, Liuiio, & Appiano, Taurania Ste-
 BES { phano; postea facta Colonia dicta est Augusta Tau-
 TAV- { rinorum, & Colonia Taurina Tacito, incolæ Tauri-
 RI- { nates & Taurinenses. Fabulantur à Lamifone nepo-
 NO- { te Noëmi conditam esse, & de suo nomine dictam, at
 RVM. { *Lamiso* linguâ huius regionis *Taurum* sonat. Step-
 hanus ait sic dictam à *Tauro*, qui pictus erat in signis
 Massiliensium : hodie *Turin* nobis, Italis *Turino*.
 FORVM VIBII corruptè Vibiforum, incolæ Vibiforen-
 ses, & Forovibienses, in quorum agro haustus cuni-
 culo Padus postea emergit, de quo Plinius lib. 3. cap.
 17. hodie *Castel Fiori*.

FLVVII { PADVS de quo suprâ.
 TAVRI- { Doria Minor Segusium *Suze* alluens, hodie *Dorietta*.
 NORVM. { Stura : *la Stoure*.

NVM. 13. *Segusini*, seu *Regna Cotij*, & *Ideonni*, hodie parties du
 Piedmont, & du Dauphiné.

VR- { SEGVSIQ, seu SEGVSIVM : *Suze* (vnde gens Segusiani
 BES { Ptolemæo, in inscriptionibus dicti Segusini) sic dicta
 à fluuiolo *Sege*, hodie *Semar*, hic in minorem Do-
 SE- { riam confluente. In eâ monumentum visebatur Cotij
 GV- { reguli, inquit Marcel. lib. 15. Erat Rom. munici-
 pium, & præsidium ad tutelam huius viæ, vt intelli-
 gimus ex Suetonio in Tiberio.
 Ocelum, finis Cotiæ terræ Straboni lib. 4. Cæsari Cite-
 rioris prouinciæ extremum : hodie *Efilles*.

(P A A A)

- S I- Cingomagum, & Cingomagus: vicus *Sesane*; Italix, & Gallix limes Plinio, in Tabulâ Hierosolymitanâ Gesdao, seu Gadao dicitur.
- N O. Brigantium vicus, seu castellum postea Virgantium: *Briançon.*
- RVM. Rama: hodie vicus *Rame*, Segusinorum limes. Artolica, corruptè Ariolica: hodie *Tuglia*, nobis *la Tuille.*
- MON- Graius, Liuiio Cremonis iugum: hodie *le petit S. Bernard.*
- TES } Cenifius: *le mont Cenis*; aliter M. Cinereus. Vesulus: *Monte Visò*, vel *Vesò*, ex quo Padus exoritur. Matrona, in Itinerariis Tabulis Alpibus Cotia: hodie *le Mont Geneure*, seu *Genebra.*
- FLVII } Druentia: *la Durance.*
- SEGV- } Doria Minor: *la Dorietta.*
- SINO- } Stura: *la Stoure.*
- RVM. } Orgus: *Orco.*
- Fontes Dorix Maioris: *la source de Doria Baltia.*

CAPVT IV.

De Populis Gallix Cispadana.

HI vulgò numerantur Ligures, Anamani, Boij, Lingones, Senones, & de quibus magna difficultas Gæfatæ.

§. I. *Descriptio Historica.*

NVM. I. *De Liguribus.*

NOMEN & ORIGO. Ligures è gente Celticâ fuerunt, vt optimè demonstrat Cluuerius, & à Græcis *Λιγυς*, & *Λιγυες* appellantur, itémque Ligustini: à Romanis Ligures nuncupati sunt. Eustathius & Stephanus volunt sic dictos à Ligure Fluuio; fabulæ. Idem Eustathius à quodam Ligure, quem Tzerzes facit Albionis fratrem, qui se opposuit Herculi vadenti ad Boues Gerionis:

AAaa iij

Paulus Diacon. Longob. lib. 2. cap. 16. à colligendis leguminibus, quorum ferax hæc regio, nomen habere putat.

MORES. Fortes sunt & minùs otiosi, quia colunt effectum solum, & sterile, *Diodorus Siculus lib. 4.* Mulieres in primis laboriosæ, cuius affert exemplum idem, & *Posidonius apud Strabonem*, de parturiente, quæ non nisi emissa à conductore, cessauit ab opere. *Strabo* ait eos viuere è re pecuariâ, & lacte, atque hordeaceo potu se sustentare. Patientissimi laborum describuntur, vnde *Liuius*, Ligures *durum in armis genus*; & *Maro* 2. *Georg.* *Assuetumque malo Ligurem.* Fallaces quoque depinguntur à *Virgilio*, & *Claudiano*. Itémque apud *Seruium* à *Catone* 2. *Originum*, vbi & *mendaces*, & *illiterati* dicuntur.

FINES Ligurum quidam ad Rhodanum Fl. *le Rhosne*, extendunt; ita *Scyllax*; & qui hætenus prodiit sub nomine *Heracleotæ Scymnus* eosdem Ligures vsque ad *Antium* promouet, vbi emendandum est *Arnum* pro *Antio*. Certè à plerisque *Luca* & *Pisæ* in Liguribus collocantur, & *Apuani* Ligures ad *Arnum* fluiuium promoti sunt, qui olim *Tusciam* terminus erat atque *Liguria*. *Augustus* *Liguria* finem voluit esse *Macram* amnem, *Magra*, vt discimus ex *Plinio*, qui deinceps à *Geographis* hîc fixus est. *Silius Italicus* poëticè *Liguriam* promouet ad lacum *Trafimenum* *le lac de Perouse*; transcendit etiam aliquando *Apenninum*, vt ex *Notitiâ Imperij*, & sequente paragrapho videbitur.

N V M. 2. De Anamanis.

NOMEN & ORIGO. Dicti sunt aliter *ANANES*, & *ANAMARES*. Quinam autem hi fuerint etiam diuinare non potuit callidissimus in hac arte *Cluuerius*; is credidisset eos esse *Ambarros*, nisi aliunde nouisset *Ambarros* cum aliis in nomen *Insubrium* transiisse. *Amici* & *socij Romanorum* extitere, quare in eorum agro *Placentia* *Colonia* facta est.

FINES. Ab occasu fluiui *Varusa Versa* à Liguribus separantur, alij *Tidonem* Fl. assignant, vt *Cluuerius*, *Tidone*, cui subscribimus: ab ortu *Taro* fluiui *Taro* diuiduntur à *Boiis*; à *Meridie* *Apennino* à Liguribus; denique *Pado* ad *Septentrionem* à *Lixuis*, & *Cenomannis*.

N V M. 3. De Boiis.

NOMEN & ORIGO. Boiorum in Galliâ Transalpinâ meminisse Cæsar, & vulgò creduntur incoluisse *le Bourbonois*: iunctique Lingonibus Tuscos expulerunt post Olymp. 64. an. 3. vt præmonuimus; & hæserunt in Italiâ donec à Romanis expulsi sunt, vel exterminati. De bellis Romanorum cum Boiis sæpe Polybius, & Liuius: vltimum legitur apud Liuium lib. 36. quando à P. Cornelio Nasica victi sunt, eodem Cornelio & M. Acilio Glabrione Coss. tumque dimidiâ agri parte multati. Tandem eiecti sunt ex Italiâ vt tradunt Polybius & Strabo; sed modum, & tempus non explicant.

FINES. *Ab Occidente* Taro Fl. separabantur ab Anamanis; Idice Fl. *à Idice* à Lingonibus *ab Oriente*; Apennino *à Meridie* à Liguri- bus; *à Septentrione* denique Pado à Cenomanis, & Venetis.

N V M. 4. De Lingonibus.

NOMEN & ORIGO. Dicti sunt à Lingonibus Gallis quorum vrbs Andomatunum *Langres*. Ita cum Boiis coniuncti sunt, vt vnâ gentem conflasse videantur; quare Polybius lib. 2. Boios Senonibus conterminos videtur statuisse; nihilominus saltem sub initium discreti erant.

FINES. *Ab Occidente* Idice Fl. diuidebantur à Boiis; *à Meridie* Apennino monte, à Tuscis; *ab Oriente* Vtente Fl. *Montone*; denique *à Septentrione* Pado Fl. à Venetis.

N V M. 5. De Senonibus.

NOMEN & ORIGO. Straboni Σένορες & Σάνορες dicuntur; Ptolemæo Σένορες; Polybio Σήνορες; Diodoro Σέννορες. Orti sunt à Senonibus Gallis *ceux de Sens en Bourgogne*, & ab iis dicta Sena Gallica *Senigaglia*, vltimique omnium Gallorum, vt præmonuimus, Alpes transgressi sunt.

LOCVS & REGIO. Vbi autem habitarent primùm, non satis inter scriptores liquet. Liuius enim lib. 5. conludisse ait in eo tractu qui extenditur inter fluuios Vtentem *Montone*, & Æsim *Esino*. At

Diodorus lib. 14. scribit eos occupasse remotissimum ex montibus ad mare collem, vbi cum nimio æstu grauarentur, nouas sedes quærere decreuisse. Auctor tamen de viris illustribus, ait sterilitate coactos inde excessisse. Appianus verò in Annibalicis, & Procopius in Gothicis aliter sentiunt: tradunt enim Gallos ab vrbe quam ceperant per Camillum repulsos Apenninum transcendisse, & hîc sedes collocasse, vbi mox eorum statuemus fines; quæ opinio parum probabilis est. Itaque cum Cluuerio arbitror primum Senones ad Sinum Adriaticum confedisse, & illectos pulcritudine, & amœnitate Tusciæ quam habebant ante oculos, inuitatos etiam ab Arunte Clusino, ob vxorem à Lucumone corruptam, etiam oblatis frugibus, Clusium obsedisse cum transissent per locum qui Sapinia Tribus dicitur ad fontes Sapis Fl. vbi hodie *Bagni di S. Maria*; relicto Clusio Romam perrexisse, victisque turpiter ad Alliam Romanis urbem incendisse, ex cuius ruinis per Camillum eiecti sunt.

Quomodo autem & quando deserint Senones; non est leuior difficultas. Strabo ait exterminatos esse; Ρωμαῖοι τὸν τῶν Ἑλλήνων: & paulò post ἀφανισθέντων Σενώνων, cum tamen Boios expulsos esse dicat. Sed quomodo id contigerit Polybius lib. 2. vtcumque expedit. Narrat M. Curium Dentatum, cum iis ad Aretium pugnantem Legatos misisse pro captiuis redimendis, sed hos interfectos esse; Romanos in perfidos irruisse fortiter, & partim cecidisse, partim expulisse: consulatus autem M. Curij Dentati in annum V. C. 463. cadit. Attamen Dionysius Halicarn. in Excerptis legationum, & Florus lib. 1. cap. 14. innuunt exterminatos esse; ita loquitur Florus: Po. Ro. sic Senones persecutus est, vt hodie nulla vestigia supersint; deuicti sunt ad lacum Vadimonis, &c. ne quis extaret qui incensam à se Romam gloriaretur. Ex quibus conficitur à M. Curio Dentato deuictos, Senaque coloniã constitutã ultra Rubiconem confedisse, ac demum in pugna ad Vadimonem contra Dolabellam omnes concidisse.

Eorum ager exinde modò dictus est Picenus, modò Gallicus, de cuius fertilitate dicemus in Admirandis ex Varrone, & Columellâ: Liuius tamen lib. 23. agros Gallicum & Picenum distinguit; & 39. coloniam Potentiam in Piceno, Pisaurum in Gallico agro sitas ait.

FINES. Liuius lib. 5. Senones recentissimi aduenarum ab Vtente Fl.

Fl. Montone ad Æsim Fiumefino : separabant itaque Senones ab Occidente Vtens Fl. à Lingonibus, ab Oriente Æsis Fl. à Piceno; à Septentrione mari supero eluebantur; à Meridie primis montibus, & oræ maritimæ propinquioribus; nam Sarfinam & Vrbinum dicuntur Vmbri retinuisse.

N V M. 6. De Gætis.

STRABO lib. 5. Geogr. suæ, ait GÆSATAS vnà cum Senonibus Romam cepisse, immo & Galliæ Cispadanæ partem incoluisse; quod vnus inter veteres Geographos asseruit. Nam discimus ex Polybio lib. 2. Gallos Cisalpinos sollicitasse Transalpinos qui inter Rhodanum accolebant *Gætatas*; è re dictos, quòd æra bellando merere solerent *ἄλλο τὸ μισθὸν παρατεῖν Γαισάτας ποροαγορευόμενους*. Vnde Orosius lib. 4. cap. 13. negat Gætatarum nomen esse Gentis, sed Mercenariorum Gallorum ait esse. Strabo autem duas expeditiones Gallorum confudit, primam qua vrbs incensa est, alteram quæ contigit anno vrbis c. 528. vt bene Cluuerius probat.

§ 2. Geographica descriptio populorum Galliæ Cispadanæ.

N V M. 1. *Ligures*, le Marquisat de Saluces, partie du Piedmont, la pluspart du Montferrat, toute la coste de Gennes, la Seigneurie de Mourgues, partie du Comté de Nice, & la partie du Duché de Milan qui est au deçà du Pau.

Ligures olim diuisi sunt in *Capillatos* & *Montanos*. *Capillati*, loca maritima incoluerunt, vt testantur Plinius, & Dio; *Montani* ad Apenninum, & ad Alpes.

Ligures Capillati.

V E- { N I C Œ A Massiliensium: *Nice en Prouence*; ad cuius discrimen Asiatica dicitur *Nicée*, aliter *Nice en Bithynie*; sic dicta est à Massiliensium victoriâ de Liguribus.
 D I- { Herculis Monœci portus, hodie *Monaco* aliter *Mourgues*, malè *Villa-Franca*. Hinc Mancinus in Numantinos proficiscens audiit, *Mancine mane*.

Parall. Geogr. Tom. II.


B B b b


- A N- } Trophæa Augusti: *Torbida*, patria Pertinacis Imperatoris qui natus erat in villâ Apennini, & ex continuatione lignariæ negotiationis dictus est Pertinax.
- T II. } CEMENELIO aliter Cemenæum, à monte Cemenò vrbs sic dicta: *omnino concidit*, eius rudera ostenduntur in monte Acema, ex quo Plinius Varum fluuium effundit.
- VARVS Fl. *Il Varo*, nobis *le Var*, Italiæ & Galliæ Braccatæ terminus, ex monte Acemâ profluens.
- I N- } ALBIVM INTEMELIVM, vel Albintemelium, corruptè in Martyrologiis Victimelium, *Vintemille*; vrbs magna Straboni, & eidem Albia dicta quasi Alpia, quia cò vsque Alpes producebantur.
- T E- } Rutuba Fl. *la Rotta*, vrbs prædictam alluens.
- M E- } ALBIVM INGAVNVNVM: *Albenga*, Straboni πόλις ορ-
L I I. } pidulum; postea Albingaunum.
- I N- } Galinaria Insula: *Isola d' Albenga*, à Gallinis syluestribus nomen habet, quæ hîc affatim ab aucupibus capiuntur; earum meminere Varro, & Columella.
- G AV- }
N I. }
VERI } VADA SABBATIA, item Sabata, & Vada Sabatorum, locus
L I G- } veteribus celeberrimus; hodie *Vadi*, seu *Vai*, & *Vé*.
V R E- } SAVONA: *Sauone*, quæ vulgò malè confunditur cum Vadis
Sabbatiis: eius meminit Liuius lib. 28. vbi ait Pœnum de-
posuisse prædam suam.
- GENVA: *Gennes*, emporium Ligurum Straboni, quam ineptè dictam esse Staliam putauit Stephanus: à Scriptoribus mediæ ætatis dicitur Ianua, vt apud Procopium lib. 2. & 3. Diruta est à Magone Pœno, & restituta à Romanis, factaque municipium.
- Portus Delphini: *Porto Fino*.
Boactes Fl. corruptè Boaccas Anton. nunc *Brignolo*.

Ligures Montani.

- V A- } AVGVSTA VAGIENNORVM; vbi fuerit non satis constat:
eam Cluuerius circa Carmaniolum locat *Carmagnole*.
POLLENTIA: *Palenzo*, ad Fl. Tanari, & Sturæ confluen-







GIEN- } res; iuxta urbem Sylua celebratur; item & lana quæ
N I. } Varroni & Columellæ dicitur Pollentina.

PADI Fontes de quibus suprâ cap. 2. §. 4. num. 2.

STATIELI, } AQUE STATIELÆ, seu Aquæ Statiolorum, cuius
& STATE- } oppidani Aqueses Plinio: *Acqui*.
LATES. } ALBA POMPEIA, nobile municipium, cuius in-
Meminit Li- } Asta ad Tanari, Urbisque fluminum confluentes;
uius lib. 42. } Colo. Ro. Ptolemæo; eius crebra mentio in
Campi State } Scriptoribus mediæ ætatis: *Aste*.
latis vbi Li- } Tanarus Fl. parum nobilis, ad quem tamen, ut ait
gures à Ro. } Ælianus, peculiare piscandi modos exercent
deuicti sunt. } incolæ; hodie *Tanaro*, & *Tanero*.
Vrbs Fl. *Orba*.

VE- } VELIA, vnde dicti populi, sita erat ad Fl. Varusam ho-
L I A- } die *Versa*, aut ad Tidonem *Tidone*; melius situs eius
TES, } ignoratur.

ERTONA Colonia, Straboni Darthona: *Tortona*; inco-
læ Dertonenses, dicta & Iulia Dertona, celeberrima
in inscriptionibus.

TES, } Clastidium: hodie *Chiasoggio*; clara in Historiâ Roma-
nâ in bellis à Scipione & Marcello gestis.

cogno- } Bodincomagus, vbi postea nobile oppidum conditum
mine } est *Casal S. Vas*. Dicebatur à Romanis *Industria*, à Li-
guribus *Bodincomagus*, ait Plinius.

VE- } Libarnum, Libarna Plin. & Ptol. rudera eius visuntur
circa Arcuatam *Arqua*.

CHE- } Iria: *Voghiera*, hoc est vicus Iriæ ad Fl. Iriam qui hodie
Staffa, seu *Staffora* dicitur.

LII. } Comiliomagus & Comeliomagus, fortè & Camilloma-
gus, hodie *Brone*, aut locus alius vbi ponte iunctus
est Padus.

N V M. 2. *Anamani*, hodie le Duché de Plaisance, la Principauté
de Landi, l'Etat Palauicin, & quelque peu du Parmesan.

V R- } PLACENTIA: *Piacenza*, Gallis *Plaisance*, ad quam de-
ducta Colo. sub initium belli 2. Punicæ, dicitur tamen
à Cicerone Municipium, quod frustra *Afconium plu-*

- rimum torquet. Nobile habebat Amphitheatrum quod bello inter Cecinam, & Spurinam deflagrauit, distabatque vrbs M D. passibus à Pado.
- ANNA- } Emporium Placentinorum ad Padum, quod Annibal frustra obsedit, immo & hinc accepit vulnus, *vbi fuerit ignoratur.*
- MA- } Florentia, seu Florentiola, *Firenzeuola.*
- NO- } FIDENTIA, seu FIDENTIOLA: *Borgo di San-Donnino*, dicta quoque & Iulia Fidentia, & Iulia Chryso- polis in vitâ S. Donnini, sed ponitur in viâ Claudiâ: vtrum autem hæc pars Æmiliæ viæ sit dicta Claudia, non aude- det statuere Cluuerius.
- RVM. } Fossa ÆMILIA: cuius meminit Strabo lib. 5. produ- cta à Placentiâ Parmam vsque, ducta an. V. C. 638. annis 72. à stratâ viâ Æmiliâ per M. Æmilium Lepi- dum inter Placentiam & Ariminum; hæc autem fos- sa ducta est à M. Æmilio Scauro, ob campos aquâ ni- miùm dilutos per Fl. Trebiam, cui malo hac fossâ prouidit.
- FLV- } TREBIA: clade Romanâ inelytus, Plinio cognomine Placentinus: hodie *Trebbia.*
- VII } HADRIA: *Larcha*, vt indigenæ putant.
- ANA- } Sesterio in vita S. Donnini ad Fidentiam urbem: hodie *Stirone, & Sestro, & Sestrone.*
- MA- } Tarus: *Taro, & Tarro.*
- NO- }
RVM. }

NVM. 3. *Boj*, hodie la plus grande part du Duché de Parme, les Duchez de Reggio, & de Modene, l'Estat de Corregio, &c. partie du Mantouian deçà le Pô, la Frignane, partie du Bolognese, Duché de Mirandole, partie du Ferrarois.

- VRBES } PARMA: *Parme*, incolæ Parmenses Plinio, Stephano Parmani; in viâ Flaminiâ facta Colonia V. C. an. 569. repara- ta ab Augusto, & dicta Colonia Iulia Augusta Parma.
- TANNETUM: *Taneto*, seu *Tanedo*, Liuius corruptè Cannetum, vnde malè ab indoctis collocatur trans Padum vbi nunc est *Canneto*, non procul à Pado: dicitur clarus locus pietate C. Seruilij Consulis, de quâ vide Liuium.

BOIORVM.

FORVM LEPIDI in viâ Æmiliâ, postea Regium Lepidi Ciceroni: nunc *Rezzo*, & *Reggio*. Notat Festus ad Fretum Siculum Rhegium scribi per h, à frangendo, hoc autem sine aspiratione à regiâ dignitate, quare apud Phlegontem Trallianum dicitur πόλις βασιλεια. Incolæ apud Plinium aliquando Regienses dicuntur, aliquando Regienses à Lepido, alij ad Fretum Rhegini. Nomen accepit à M. Æmilio Lepido an. V. C. 565.

MVTINA: *Modena*, Gallis *Modene*, Colonia Rom. an. V. C. 569. obsidione Decimi Bruti per M. Antonium celebris.

Brixellum Col. *Bressello*, Paul. Diac. *Brexillus*, nobilitata morte Othonis post pugnam ad Bedriacum.

Forum Nouum: *Fornoue*.

Nuceria, seu Luceria, vtroque enim modo olim dicebatur: hodie *Lucera*, seu *Luzzara*.

BONONIA: *Bologne la Grasse*, in viâ Æmiliâ, malè Stephano Bobonia; cùm à Tuscis tenebatur FELSINA dicta, eorûmque metropolis ait Plinius lib. 3. cap. 15. Colonia fuit & Municipium Romanorum.

Forum Gallorum; vicus in viâ Æmiliâ, bellis ciuilibus nobilis, & Pansæ Consulis vulnere, ex quo paulò pòst obiit: hodie *Castel Franco*.

FLVMINA BOIORVM.

Parma Fl. *Parma*, Parmam urbem influens.

Nicia Plinij, in Itinerariis Nigella, ad Brixellum cadens; hodie *Hensa*, seu *l'Ensa*.

Gabellus in Tab. Itin. Secia: hodie *Secchia*.

Scultenna, Plinio, Liuiò, Straboni: *Il Panaro*.

RHEVVS: *Reno*; *Paruus* dictus Silio, *Bononiensis* Plinio in quo INSVLA, celebris constituto Triumviratu inter Octauium, Antonium, & Lepidum: nam Dio lib. 46. ait hunc conflatum esse in Insulâ Fl. qui Bononiam præterfluit. Appianus eam constituit in Fl. Lauino, hodie *Lauino* qui cadit in Rhenum, sed est admodum exiguus, nec habet Insulam quæ capiat tres viros à suis disinctos. Indigenæ locum ostendunt cœnosum inter Lauinium Fl. & Girondam Fl. lutosum; sed hæc omnia Cluuerius vt nugas explodit.

N V M. 4. *Lingones*, hodie partie du Bolognese, de la Romagne, & de la Romagne Florentine.

- FORVM CORNELII, viæ Flaminæ affixum, aliter Forum Cornelium, à L. Cornelio Sylla, vnde in Martyrologio dicitur Forum Syllæ. Paulus Diaconus rerum Longob. lib. 2. cap. 18. ait Fori Cornelij castrum dictum esse Imolas; vnde iam nomen vrbi *Imola*.
- V R-
B E S Claterna: *Quaderna*, celebris in historiâ Romana, vnde Hirtius Consul præsidium deiecit.
- L I N-
G O-
N V M. FAVENTIA: *Faënza* ad quam Carbonis exercitum deleuit Sylla per Metellum Pium; huius agri singula vitium iugera sexcentas vinas reddébant vini, vt ait ex Varrone Columella lib. 3. cap. 3. vt ipse Varro 1. de re Rust. cap. 2. tricenas amphoras, vnde illæ vites dictæ Tricenaræ.
- Solonæ, vnde incolæ Solonates Plinio: hodie *Citta di Sole*; ad Fl. Vtensem.
- Butrium: hodie *Budrio*.
- FL V-
V I I
L I N-
G O-
N V M. Idex Fl. *l'Idice*, Boiorum & Lingonum limes.
- Silarus: *Sillaro*, seu *Sillero*.
- Vatrinus, seu Saternus, *Santerno*.
- Sennus, *Senno*, aliter *Senio*.
- Anemo Plinio, in Tabulis Itinerariis Animo, hodie *Arnone*, & *Amone*.

N V M. 5. *Senones*, hodie partie Orientale de la Romagne.

- V R-
B E S RAVENNA: *Rauenne* nobis, Italis *Rauenna*, incolæ Rauennates, non Rauennenses, vt vult Stephanus: à Claudiano dicitur antiqua, quia diu ante Troiæ *Ἐλασιον* condita à Theffalis, vt ait Strabo lib. 5. sed Theffali non ferentes iniurias Tuscorum eam Vmbris tradidere, quare ab eodem Strabone vocatur Vmbrorum Colonia. Sita est in paludibus, ædibus ligneis, aëris saluberrimi, vnde hîc gladiatores alebantur. Describitur à Procopio 1. Goth. & Sidonio lib. 1. Epist. 8. vbi vrbs Trigemina dicitur. Prima di-

cebatur *Rauenna*, seu *Ciuitas vetus*: 2. *Classis*, seu *Portus nouus*: 3. *Via Cæsarea*, vel *Cæsaris*, quæ ducebat à *Rauennâ* ad *Classem*. *Classis* nomen seruat *Classe*, vbi monasterium S. Apollinaris: veteris *Rauennæ* locus dicitur *Porto di Rauenna*.

AGER Vritanus amcenissimus cuius meminit Appianus 1. Ciuil. Situs erat inter *Rauennam* & *Fidentiam*.

FICOCLE: hodie *Ceruia* in mari; nomen accepit à *Ceruâ* precibus S. Bastiani Episcopi sanata, vt legitur in eius vitâ, vbitamen perperam *Phicole* scribitur.

FORVM LIVII, apud Antoninum malè Iuli: *Forli*.

Forum Popilij, an olim Forum populi dubitari potest; hodie *Forlimpopolo*, & *Forlippiccolo*, quasi *Forum minus*.

CÆSENA: hodie *Césena*; Procopio *Cisina*, Straboni *Cæsene* apud *Isapim* & *Rubiconem amnes*: sic lib. 5.

VTIS, seu *Vtens-Vtentis*, malè in *vitis SS. Bidens*: hodie *Montone*.

BEDESIS, ad veterem *Rauennam* influens, aliter & *Bidens*; in fonte *Ronco*, dicitur, in parte inferiori *Bedese*.

RUBICON, limes *Galliæ*, & *Italiæ* transitu *Cæsaris* memorabilis, paruus & puniceus à *Lucano* dictus, quem colorem à glareâ trahit, inquit *Sidonius*: hodie dicitur *Fiumecino* ex tribus fluuiolis conflatus, quorum Occidentior vocatur *Vrgone*, seu *Rugone*, quem *Cluuerius* putat esse verum *Rubiconem* quia ad *Cæsenam* inclinât, vt vult *Strabo* lib. 5. medius *Pisatello*, quem *Leander* & *Blondus* *Rubiconem* credunt; tertius Orientalior *Borco* qui alluit *Sauinianum*, quare in ostio ab incolis dicitur totus ille Fl. *Fiume de Sauignano*. Tabulæ recentes 1. vocant *Pisatello*; 2. *Butrio*, seu *Rugosa*; 3. *Plusâ*. De inscriptione ad hunc fluuium lege *Cluuerium*, & puta commentum esse, si doctioribus confidis.

SENONVM.

FLVMINA SENONVM.

CAPVT V.

De Vmbris & Tuscis, seu Etruscis.

VMBROS, atque TVSCOS, in vnum caput à nobis coniectos esse nemo mirabitur, qui intelliget quàm fuerint implicatæ vtriusque populi ditiones; vt mox ex historicis paragraphis agnosceretur.

§. I. *Vmbrorum descriptio Historica.*N V M. I. *Nomen Vmbrorum & origo.*


Hos Græci Vmbros Ουμβροῦς nominarunt, & Ουμβροῦς, quòd inundatione terrarum imbris superfuissent, vt asserunt Plinius, & Solinus. Idem tamen Plinius lib. 3. cap. 5. eos à Ombrone Fluvio dictos suspicatur: is per Etruriam decurrit (hodie *Ombro*) quod etiam firmare Stephanus videtur.

De eorum origine duæ opiniones circumferuntur; *Prima* eos αὐτοχθονας credit; ita Florus lib. 17. cap. 17. qui eos Italiæ populos antiquissimos nominat; sic & alij qui imbris eos superfuisse putauerunt: *Alter*a est Solini capite 8. qui ex Boccho tradit Vmbros Gallorum veterem progeniem esse; cui & adstipulatur Isidorus lib. 9. cap. 2.

N V M. 2. *Politia Vmbrorum.*

POTENTISSIMI olim fuerunt Vmbri, quando Vatreus Fl. seu Vatinus nunc *Santerno* Tuscorum & Vmbrorum limes erat, quando & Butrium condiderunt, & Rauennâ potiti sunt quæ ipsis concessa est, cum Tuscorum iniurias Pelasgi ferre non possent. Tusciz quoque maximam partem occupabant, quare Lycophron videtur Arnium Fl. limitem Vmbriæ, atque Liguriæ constituere. A Pelasgis autem eiecti sunt ex magnâ Etruriæ parte, postquam hi se Aboriginibus coniunxerunt, Cortorâmque occuparunt. Item & à Gallis Senonibus victi ex parte maritimâ Vmbriæ ad montes confugere sunt coacti. Ac demum cum Senonum ager Piceno cōtributus esset, redditus est Vmbriæ postliminio, vt à Strabone nominatim asseritur, & ex descriptione Ptolemæi intelligitur.

N V M.



GALLIA CISPADANA

TVSCI SEV

TVSCVS AGER VICINVS ROMAE

ETRVRIA

BRIA

TVSCIAE ET VMBRIAE

TVSCIAE ET VMBRIAE
Accurata
Delinatio

TYRRHENI ET INFERRI
CLITVNI PR. DESCRIPTIO



N V M. 3. *Vmbrorum fines & diuisio.*

FINES Vmbriæ antiquæ igitur hi vulgò recepti sunt: ab Occidente Vtens Fl. *Montone*, cum lineâ ad fontes Tiberis ductâ, Tiberis ipse vsque ad Naris Fl. confluentias. A Meridie Nar ipse totus ad suos fontes in monte Fiscello *Monte Visso*. Ab Oriente linea producta ad medium Æsis fluuij *Fiumecino*, & reliqua pars Æsis ad mare. Denique à Septentrione mare superum, aut Hadriatici sinus pars.

DIVISIO apud Ptolemæum legitur in Olumbros, & Vilumbros: ex urbium autem positione si vnâ excipias inuenio Vilumbros trans Apenninum esse, Olumbros cis Apenninum, quâ diuisione vtemur quia methodica, licet eam Cluuerius improbet.

§. 2. *Geographica Vmbrorum descriptio.*

N V M. 1. *De Vilumbris, seu Vmbriâ trans Apenninum sitâ, partie de la Romagne, de la Romaigne Florentine, la plupart du Duché d'Vrbain, l'État de Fano, & partie de la Marche d'Ancone:*

V R-	{	ARIMINVM Colonia: hodie <i>Rimini</i> ; vbi fax prima belli ciuilis exarsit, sic dictum à propinquo fluuio. A Plutarcho in Cæsare vocatur magna Galliæ vrbs, & inter 18. colonias à Triumuiris, militibus destinata est.
B E S		Pisaurum, seu Pisaurus Colo. <i>Pesaro</i> ; nomen habet à præterluente fluuio, dictâque Col. Iulia felix.
M A-	{	Fanum Fortunæ: <i>Fano</i> , & ἀπῶς Fanum, Procopio Fanus; incolæ Faneſtres, vnde postea ab Augusto dicta Colo. Iulia Faneſtris.
RITI-		SENA GALLICA, & Senogallia Colonia: nunc <i>Senogaglia</i> , & <i>Sinigaglia</i> dicitur; est apud Liuium simpliciter Sena. Nomen habet à Senonibus Gallis eius conditoribus, incolæ Senenses, & Senogallienſes. De errore Melæ eam locantis ad Aternum Fl. vide Cluuerium.
M Æ.	{	
V R-		CAMERINVM Col. <i>Camerino</i> ; Camarinum Cæsari, Cameria Appiano: eius incolas suos ciues appellat Cato.

- BES** { Sentinum : *Sentina*, incolæ Sentinates : ad hanc urbem Decius deuotus occubuit.
 Attidium : *Attigio*, vicus prope Fabrianum ; huius ager Atidialis vocatur.
- ME-** Busta Gallorum : *locus intercidit*; sic dictus quòd hîc Galli victi ad Sentinum demortuorum corpora cremasset. Situs erat Sentinum inter & Attidium.
- DI-** { Forum Sempronij : *Fossumbrone*, vel *Fossumbruno* municipium ; tamen à Strabone inter exigua loca numeratur.
- TER-** Vrbinum Hortense : nunc *Vrbino*; Procopio Vrbinus, à quo describitur in colle, cum vnico fonte.
- RA-** Vrbinum Metaurense à Fl. Metauro : hodie *Castel Durante*; municipium vt loquitur inscriptio.
 Tifernum Metaurense ad prædictum Fl. hodie *S. Angelo in Vado*, vt arguunt inscriptiones.
- NEÆ.** Sarsina : *Sarsina*, seu *Sarsena*, Plauti patria qui Vmbri- ca voce ipse Vmber *Plotus* dictus est, hoc est *Planipes*, & postea Plaurus.
- FLV-** Sapis, & Rubicon ; *de quibus in Gallia Cisalpinâ.*
 Ariminus, & Ariminum : hodie *Marechia*.
- MI-** Pisaurus aliter Isaurus Vibio Sequestro, & Lucano : hodie *Foglia*.
- NA** { Crustumenius, & Crustumenum Plinio : *Conca*.
 METAVRVS, & Mataurus inclitus clade Afrubalis ; hodie *Metaro*, & *Metro*.
- in su- Sena Græcis *Σῆνα* & *Σέρων* : hodie *Cesano*, 4. mil. pas. à perum *Senigaglia*; nam qui hanc urbem alluit dicitur *Nigola*.
 mare Ælis Fl. Asius Ptolem. *Αἴνος* Appiano, sic dictus ait Si-
 deci- lius à Rege Pelasgo Æsi; hodie *Fiumesino Fiume*, voce
 dentia. { corrupta, pro *Esino Fiume*.
- NVM. 2.** *De Olombris, seu Vmbriâ cis Apenninum, partie du Duché d'Vrbin, partie du Territoire de Perouse, le Comté de Citta Castellana, & la pluspart du Duché de Spolere.*
- VR-** { Tifernum Tiberinum ad discrimen Metaurensis, Municipium : hodie, *Citta di Castello*.

- IGVVIVM Municipium, incolæ Iguuini quorum meminit Cæsar : hodie *Eugubio*. Ad hanc urbem Templum erat Iouis Apennini, in summo eius vertice.
- BES Afisium, incolæ Afisinales : *Afisi*, nobis *Afise*.
- MEVANIA ad Tinia Clitumnique fluviorum confluentes, hodie *Benagna*, cuius campi celebrantur ; vrbs antiqua ut liquet ex Liuiο.
- VM- FORVM FLAMINII, vbi Gallus & Volufianus Imperatores interfecti fuere, Eusebio, alij volunt Interamna : hodie *Ponte centesimo*.
- BRIÆ SPOLETIVM Colonia : nunc *Spoletto*, aut *Spoleti* ; incolæ Spoletani, aut Spoletini ; hanc Annibal frustra tentavit, hîcque multos è suis amisit.
- CIS TYDER Colo. Tudernum Ptolem. alijs Tudertum, Procopio Tudera : *Todi*, incolæ Tudertes, & Tudertini. Suspiciatur Leander apud Dionysium Hal. dici Tioram. Hîc erat Templum, & Oraculum Martis Dodonaeo simile, per Picum auem redditum.
- A- AMERIA : *Amelia* ; incolæ Amerini, dicitur & Amerium ; ab Amiro quodam nomen habuit, ait Festus. Interamna Municipium : hodie *Terni*, sic dicta quia Nare fluuiο cingitur : incolæ Interamnates cognomine Nartes, Plinio.
- PEN- NARNIA : *Narni*, olim Nequinum Liuiο, vnde incolæ Nequinates, & Nequia Stephano. Leander ait se legisse Narnia in vetusto codice sic dictos esse, quod olim incolæ obsessi vxores liberosque suos, ac demum seipsos interemissent ne venirent in hostium manus. De fornice quem hîc Nari imposuit Augustus, vide Procopium ; eius etiamnum hodie extant rudera.
- NVM. Carsula, vrbs *ἀξιόλογος* Straboni, ineptè à quibusdam cum Carseolis confunditur, nam hæc vrbs in Æquis : hodie Carsula dicitur *Casigliano*.
- Ocriculum, & Ocriculi Municipium : nunc *Otricoli* ; commoratione Vespasiani celebre, & Fabij Maximi factο.

FLV-
MI-
NA
VM
bria in
Tibe-
rim de-
fluētia,
& per
eum in
mare
infe-
rum.

Tinia Plinio, Straboni Tenea, Meuaniam urbem al-
luens, ait Strabo lib. 5. Inglorius Silio dicitur; hodie
il Topino.
Clasia aut Clafius supra Afisium defluens: hodie *Chiag-
gio.*
CLITVMNVS: hodie *il Clitunno* describitur à Plinio Iu-
niore lib. 8. epist. 8. ubi tamen nihil de mirabili virtu-
te, quâ boues in eo bibentes candidi fiunt. Vides
hunc descriptum in Appendice Tabulæ.
NAR ab Epitomistâ Stephani, & Procopio *Nedovos*: ho-
die *Nera*, & *Negra*, sic dictus quia *Nar* linguâ Sabi-
nâ *sulphur* sonat; vel vt etiam ait Seruius quod in
modum narium duos exitus habeat; certè vt ait idem
Seruius, dum currit est sulphurei coloris, dum hauri-
tur Tiberi, albi.

§. 3. *Historica Tuscorum Descriptio.*

NVM. I. *Nomina Tuscorum.*

GRÆCIS Τυρρῖνοι & Τυρρῖνοι nominantur apud veteres Pinda-
rum, Hesiodum & Euripidem, immo & Dionem. *Românis* autem
Etrusci, seu Hetrusci, item & Tusci, & aliquando Thusci, vt Pli-
nio, à *ἑὺς* sacrificio & *τύρρῶ*, vt volunt Seruius & Isidorus: cum hoc
tamen discrimine quod terra Hetruria, homines Tusci dicerentur,
vt Varro & Seruius annotarunt. Primus Tusciæ nomen L. Florus
vsurpauit; sed Plinius Hetruscos & Thuscos promiscuè vocat, &
Hetruscos à Rege dictos putat, Thuscos à sacrificio ritu.

Tyrreni autem nuncupati sunt, vel à Tyrreno quodam Athys
& Callitæ filio, aut Herculis ex Omphale; vel certè à minutis
domiciliis quæ *Tyrreis* Tyrreni vocant. Trania autem pro Tyr-
rheniâ dici videtur à Seraphione apud Dioscoridem de resinâ.

NVM. 2. *Origo Tuscorum.*

TRIPLEX de Tuscorum origine opinio ex Dionysio Halicar-
nassensi, Strabone, Hellanico & aliis.

Prima sententia est Tuscos indigenas esse, & à domiciliis minu-

tis nomen accepisse, priusque Razenas esse dictos à quodam Duce; sic quidam apud Dionysium.

Secunda est, Pelasgos fuisse, quia Pelasgi vocantur à Sophocle in choro Inachi, & eos venisse ex Thessaliâ Lemno & Imbro Insulis, origine autem Arcadas esse, vt iam dictum est in Græciâ.

Tertia est, Tyrrhenos ex Mæoniâ, seu ex Lydiâ Asiaticâ venisse, sic Strabo, Herodotus lib. 1. Velleius Paterculus lib. 1. & alij. Cùm itaque duos fratres hæc Regio capere non posset Lydum & Tyrrhenum, forte ductâ Tyrrhenus cum ingenti multitudine venit in Italiam, Lydus in Asiâ restitit, & Mæoniam de suo nomine Lydiam dixit.

Sed ad conciliandas illas opiniones Cluuerius obseruat Pelasgos à quibusdam quasi *Pelargos* nuncupatos esse *Ciconias*, quòd turmatim errarent per vrbes Græcas, atque Barbaricas, & ex Arcadiâ profectos in Thessaliam venisse, inde eiectos in Lemnum, Imbrum, immo & Mæoniam traiecisse. Duas autem expeditiones à Pelasgis susceptas fuisse, & primò quidem regionem ad Padum incoluisse: aliam venisse coloniam ex Lydiâ quæ Vmbros eiecit ex Tusciâ, & nouis illis Pelasgis veteres adiunctos esse, qui amplissimam regionem à mari supero ad inferum occuparunt; donec superuenientibus Gallis in duas gentes distracti sunt Rhætos, & Tyrrhenos, seu Tuscos, vt mox dicemus.

N V M. 3. *Politia Tuscorum, & potentia.*

COEPERVNT eminere Tusci ex quo Tarchon Princeps Pelasgorum Tyrrhenorum expulsis Vmbris pro sede, atque arce belli Cortonam constituit. Eos autem fuisse potentissimos multa ostendunt. *Primò*, quòd Capuam condiderunt, vt aiunt Strabo, Patereculus, Mela. *Secundò*, quòd de eorum nomine Italia tota dicta est Tyrrhenia, vnde & Roma in Tyrrheniâ apud veteres collocatur, vt ait Dionys. *Tertiò*, quòd toto mari infero sint potiti, quod de suo nomine Tyrrhenum appellauerunt. *Quartò*, quòd Insulas Sardiniam, & Corsicam adiunxerint Imperio suo, vt ait Strabo lib. 5. *Quintò*, quòd Imperium destinarint extendere ad Columnas Herculeas, eoque colonias mittere, sed à Carthaginensibus impeditos, vt tradit lib. 5. Diodorus.

Quomodo autem eorum potentia decreuerit non minùs est im-

plicitum. Igitur eiici cœperunt ex Circumpadanâ regione à Gallis anno urbis conditæ 154 Olymp. 45. regnante Tarquinio Prisco: haud tamen omnino expulsi fuerunt; nam Olym. 64. an. 3. cum Vmbris iuncti expeditionem in Cumanos susceperunt, quæ eis pessimè cessit, operâ Hieronis Siculi; ex quo res eorum in peius ruerunt, vt ex Diodoro, & Scholiaste Pindari discimus; ideóque à Syracusis etiam vexati sunt, vt tradit Diodorus lib. 11. Ac demum Circumpadanam regionem amiserunt; paulò post annum urbis C. 369. Tunc autem eorum aliqui in Alpes ascendere Rhæto duce, ex quo pars illa Tuscorum in Rhætorum nomen transit; reliqui ad eos transferunt qui in Hetruriâ consistebant, vbi cum Romanis depugnantes ab iisdem sensim subacti sunt.

Diuidebantur autem in 12. populos, δώδεκα ἡγεμονίας Dionys. lib. 6. vocat, qui à 12. urbibus sic dicti sunt. *Cere, Tarquinij, Rusellæ, Vetulonij, Volaterræ, Arretium, Cortona, Perugia, Clusium, Volsinij, Falerij, Veij*, de quibus mox in Geographicâ descriptione. Seruius in 10. Æneidos, ait singulis his populis singulos Lucumones præfuisse, sed vnum etiam duodecim illis imperasse. Hi Principes, seu Reges ferebant coronam auream cum sceptro cuius in summo Aquila, purpuream tunicam auro textam; eosque anteibant 12. lictores; sedebant autem in sellâ eburneâ, vt ait Dionys. Halic. lib. 3.

N V M. 4. *Mores Tuscorum.*

MOLLISSIMOS fuisse Tuscos ait Strabo, ideóque à Gallis pulso esse credunt *Diodorus*, & *Athenæus*. De mulierum Etruscarum mollitie, & puerorum inuerecundiâ legatur idem *Athenæus* lib. 12.

Supra reliquas gentes Auguriis dediti fuere; quare deinceps ad eos Romani misere liberos suos vt Aruspicinam ediscerent.

Bis de die conuiuia celebrabant, in vasis argenteis; stragulis domorum parietes velabant quæ floribus distinguebant; & feruos lautissimè vestitos alebant. Excogitauere tubam, quæ ab iis Tyrrhenica nuncupata est.

Literis additiores fuere, & in artibus omnibus solertes atque ingeniosi, ob commercium cum Græcis ex quibus ortierant: hæc *Strabo*, atque *Diodorus*.

Hic Scenici optimi, quam ob causam sæpe Romam euocabantur; quare & Histrio ab iis nomen accepit, nam eorum linguâ

Hister sonat Ludionem, sic Livijs, & Valerius Maximus.

Apud eos si quis soluendo non esset, sequebantur eum pueri cum vacuo marsupio; *Heraclides in politijs.*

N V M. 5. *De qualitate Etruriæ.*

FOECVNDITATE nulli regioni decedit, vnde delicijs diffuebant, & luxu Tusci, *Diodor. lib. 5.* Colles etiam habent arationi idoneos, & humore modico non hiberno solùm, sed & æstiuo tempore regio irrigatur, *idem Diodorus.* Multi inde fructus, & tellus hîc fert omnia non tantùm ad necessitatem, sed etiam ad delicias; *idem Diodorus Siculus.*

N V M. 6. *Quantitas & fines Etruriæ.*

CERTVM est olim obtinuisse Padi ostia, si quidem fossas omnes hîc ductas operâ Tuscorum *Plinius* ait; vnde & Scyllax hîc Spinam Tuscorum urbem agnoscit. Ne hîc te morer Galliam Circumpadanam olim ab Athesi fluvio l'Adice ad Orgum Fl. Orco videntur obtinuisse. Nam Atria Tuscorum colonia fuit, & à Gallis atque Liguribus olim separati erant. Extenderunt & ditionem suam vltra Arnum Macram vsque: nam Pisas & Lucam in Etruriâ, collocant *Livius* & *Strabo.* Promoti sunt olim & ad Circeium Prom. quod ex *Theophrasto* colligitur, & *Hesiodo* in *Theogoniâ.* Nisi malis id referre ad ea tempora quorum meminit *Dionys. Halicarnassensis lib. 1.* quando Umbri, Latini, Aufones, & tota Occidentalis Italia Tyrrhenia dicebatur.

FINES verò ab omnibus Geographis recepti sunt, ab Occidente Arnus, aut Macra; ab Oriente, Tiberis; à Septentrione Apenninus; à Meridie, mare inferum cui nomen dedit Tyrrhenû, postea Tuscum.

§. 4. *Geographica Etruriæ descriptio.*

N V M. 1. *Decerpta Liguriæ, seu Regio inter Macram, & Arnum fluvios, quelque partie de l'Etat de Gennes, l'Etat de Mazza, & de Carrera, les terres enlacées du Grand Duc, partie de la Carfagnane, l'Etat de Luques, & quelque peu du Pisan.*

APVANI LIGVRES eam regionem incoluerunt, qui Romanis multum exhibuere negotij, eosque aliquando malè multarunt.
Sed

Sed eum tandem multo labore & cæde domiti essent, pars eorum transsata est ad Samnites in agrum qui fuerat Taurasiorum, altera pars ex montibus in planitiem descendere coacta est; sic Liuius lib. 39. Dicti sunt ab Apuâ vrbe circa Macræ fontem, quæ hodie ab omnibus dicitur *Pontremoli*.

- V R- } LVNA: hodie *Luna Città destrutta*, infra Sarzanam
 B E S } quam alij affigunt ad sinum *di Spezza*, quem volunt
 M A- } esse Lunensem portum, de quo vide multa apud Clu-
 RITI- } uerium, sed satius est indigenis, & testibus oculatis
 MÆ. } credere, & nihil obest quin hîc fuerit portus Lu-
 } nensis. Celebrantur plurimum apud antiquos eius
 } urbis marmora, quæ hodie *les marbres de Carrera*, aliter
 } *de Gennes*.
 } Fossæ Papyriana: hodie *Viareggio* statio Lucensium.
 } Portus Pisanus, seu Emporium Pisanum: hodie vicus
 } *Capanone*.
 V R- } PISA Colonia, & Municipium, aliter *Pisæ*, sic dicta
 B E S } à Pisis ad Alpheum: hodie *Pise*: vtraque Pisa in loco
 M E- } riguo, vnde fortè nomen habet vt credit Eustathius
 D I- } à *πίσω*, & *πίσιος*. Quidam hanc volunt à Pelope condi-
 T E R- } tam; melius & cautiùs Strabo à Pelope ortam ait.
 R A- } LVCA Colo. & Municipium: *Luques en Toscane*, quæ
 N E Æ. } modò Liguriæ, modò Tusciæ ab antiquis traditur.
 } In eâ femina belli ciuilis iacta sunt, dum amicitia con-
 } ciliatur inter Cæsarem, Pompeium & Crassum.
 } Lucus Feroniæ: hodie *Pietra Santa*.
 } Forum Claudij: fortè *Cà Maggiore*.
 F L V- } Macra Straboni & Plinio, Macralla Ptolemæo, Liguriæ
 } & Tusciæ terminus: hodie *Magra*.
 M I- } Aufer Plinij, Auzur Rutilio, Æfarus Straboni: hodie
 } *Serchio*; malè cum Boactò Ptolemæi confunditur.
 N A. } Arnus antiquus Tusciæ, & Liguriæ limes: hodie no-
 } men retinet *Arno*.
 } Piscinæ Pisanæ, hodie *Loftagno*, inter Liburnum & Pi-
 } sas *Liouorne*, & *Pise*.

N V M. 2. De duodecim Etruriæ populis, seu Dynastiis.

- V O-
L A-
T E R-
R A N I
- la plus grande partie du Pisan.*
- VOLATERRA: *Voltera*, vrbs antiquissima, potentissima, maxima, bellis Syllanis attrita: eius incolæ Volaterrani Ciceroni charissimi. Videtur ab Aristotele describi sub nomine Oenaræ, vt omnes ferè arbitrantur; in medio vrbs erat tumulus satis amplus.
- Herculis Labronis portus, seu ad Herculem, Ciceroni Portus Herculis: hodie *Liorno*. Zosimus ab hoc portu putat naues Liburnicas dictas, ideóque hunc vocari Liburnum.
- Vada Volaterrana Ciceroni, aliis ad Vada: hodie *Vada*, & *Vadi*, ad ostia Fl. Cecinæ hodie *Cecina*, ad quem & Salinæ Volaterranæ.
- V E-
T V-
L O-
N I I
- une partie du Pisan, & l'Etat de Piombino.*
- VETVLONII, vbi aquæ calidæ in quibus pisces viuebant: hodie eius tantum rudera ostenduntur, vulgò *Vetulia* supra Populoniæ ruinas, ad vicum *Capiglia*.
- POPVLONIA, & Populonium, & Populonij, de quo ineptas habet Seruius etymologias; à Pelasgis cõdita dicitur: & in hac vrbe erat Iouis simulachrum ex vna vite incorruptum multis æuis conspectum ait Plinius: hodie visuntur eius rudera non procul à *Piombino*. Promontorium cognomine Populonium, hodie dicitur *Capo di Campana*.
- Manliana oppidum, hodie *Scarlino*, diuersum ab eo quod Ptolemæus collocat prope Clusium.
- Massa Veternensis: hodie *Massa* patria Galli Cæsaris, Ammiano Marcellino.
- R V S-
S E L-
L A N I
- RUSSELLÆ, postea Rosellæ dictæ à Scriptoribus medijs: malè creditur esse *Grosseto* Annio Viterbiensi, sed est locus dictus *Moscoua*, vbi rudera magnæ & antiquæ vrbs, & iuxta aquæ calidæ 3. Pas. Mil. à *Grosseto*: hodie *Bagni di Roselle*.
- Prilis lacus Tullio notus, aliter Prelius, malè Aprilis, Plinio fluuius est: hodie *Lago di Castiglione*.
- SATVRNIA: artea Aurinia, immo & Italia Stephano:

Colonia facta est an. V. C. 569. ex Liuiio : hodie vetus nomen retinet *Saturnia*.

Mare-
na diqua
& di la,
auec le
Duché
de Ca-
stro.

Telamon portus : nunc *Telamone*, ab vno ex Argonautis ante Troiæ ἀλωσιν conditum oppidum, ait Diodorus.

Portus Herculis : *Porto Ercole*, cui adiacet stagnum marinum, inquit Strabo : hodie *Stagno d'Orbitello*.

Cofa, Cofæ, & Cofsa : *Lancedonia*.

Mons Argentarius, seu Pro. Argentarium Straboni, aliter Pro. Cofanum : *Monte Argentaro*.

Vmbro Fl. vnde Vmbri creduntur à nonnullis accepisse nomen : hodie *Ombro*.

TAR-
QVI-
NII

la partie
du Patri-
moine de
S. Pierre,
qui auoisine
le Duché
de Ca-
stro.

TARQUINII, aliter Tarquinia, cuius Tarchon (aliter Tages Etruscis dictus) putatur conditor, incolæ Tarquinienfes, & Tarquinitæ; patria Tarquinij Prisci : hodie eius ruinæ dicuntur *Tarqueno* supra *Corneto*.

GRAVISCÆ Col. seu Grauisca, sic dictæ Catoni ob grauem aërem, cui adstipulantur Seruius & Rutilius. Eò deducta est Colonia an. V. C. 571. agerque Tarquinii ereptus. Strabo ait ætate suâ fuisse Πολίχνιον. Nunc vix visuntur rudera in planitie infra *Corneto*.

Forum Aurelij ita dictum ab Aurelio qui viam Romæ Pisas vsque constrauit; hodie *Montalto*.

Regis villa sic dicta, ait Strabo, quòd hîc fuisse creditur regia Malzoti Regis Pelasgorum : sita erat non procul à Fl. Arminia, seu Floris ostio.

Castrum nouum 4. Mil. Pass. à Centum-Cellis distans versùs Tiberim; malè confunditur à nonnullis cum Castro Inui, seu Panos, nam locus is est in Latio.

Centum-Cellæ : hodie *Ciuita Vecchia*.

CÆ-
R E-
TANI,
seu A-
G Y L-
L I N I,

CÆRE, antea Agylla, aliter Cerete, ait Dionys. lib. 1. sic dicta est, aiunt Strabo, & Stephanus, quòd quidam ex Lydiâ veniens interrogasset, quòd vrbi nomen, ei responsum est χερρε. Erat Cæretanorum The-saurus Delphis, ait Strabo. Romæ captâ eò sacra perducta sunt, vnde dictæ Ceremoniæ; ob hanc causam ciuitate donati, sed rebellantes iure suffragij priuati sunt incolæ, vnde nata formula *in Tabulas Cæritum re-*

DDdd ij

partie du
Patri-
moine de
S. Pierre
depuis le
lac Brac-
ciano
iusques à
la mer.

ferri, hoc est ignominiâ notari. Numeratur hoc oppi-
dum inter præfecturas Fefto: hodie *Cerueteri*.

Pyrgi, Cæretanorum nauale, vbi Lucinæ fanum quon-
dam à Dionysio spoliatum. Metropolis fuisse Tusco-
rum dicitur Sernio: Colo. Ro. fuit Liuius, Villa Ru-
tilio: hodie *S. Seuera*.

Alfium, ab Alefo conditum, quasi Alefium, Colo. Ro.
hodie *Palo* villa gentis Farnesianæ.

Lacus Sabbatius, & Sabatinus dictus, ab vrbe Sabbate;
le lac de Bracciano.

V E-

I E N-

T E S,

*l'Estat**du Duc**de Pay-**me, &**la partie**du Patri-**moine*

VEII, vrbs sita vbi nunc est *Scrofano*, vt demonstrat
Cluuerius, nam hic locus est è conspectu Allix fluij,
ad quem victi Ro. confugere Veios; 10. annis à Ro.
obsessa est, captâque à Camillo Dictatore. Ager eius
dicebatur Veientanus cuius pars 7. Pagi dicebatur.
Eorum ditio ad mare pertinebat, nam Ro. eis Salinas
eripuerunt. Vrbs erat tanti nominis vt in eam urbem,
incensâ Româ, Quirites migrare cogitarent.

Neper, aliis Nepis, Nepete, Nepeta, Nepa, & Nespe-
tus: hodie *Nepi*, incolæ Nepefina Liuius, Colonia si-
mul & Municipium.

Cremera Fl. nobilis clade Fabiorum, vbi & Arcem ex-
truxerant: hodie *la Varca*, seu *la Valca* ex Baccanensi
lacu existens.

MÆSIA SYLYA crepta Veientibus à Ro. de quâ in Ad-
mirandis: hodie *il Bosco di Baccano*.

Fanum Voltumnæ, locus communi conuentu Etruriæ
nobilis: hodie *Ragno d'Asinelli*, aliis *Viterbe* malè; nam
noua ciuitas est Viterbium.

MONS CIMINIUS, & lacus & sylua; describuntur à Li-
uio lib. 9. hodie Mons, dicitur *Monti di Viterbo*, lacus
Lago di Vico, aliter *di Ronciglione*, sylua excisa est.
Seruius ait extitisse lacum ex vecte, hinc ab Hercule
impacto, & retracto.

Baccana, seu Buceanæ: hodie *Baccano*.

SVTRIVM: *Sutri*, à Camillo captum, & Sutrinis reddi-
tum; vrbs socia Liuius, Velleio Colonia.

S. Pierre
tirant
vers Ro-
me, &
vers la
ville du
Port.

FREGENÆ Col. quas confundere videntur cum Fregel-
lis Latij Velleius & Solinus. *Obsessa campo squallente*
Fregene: Sita erat medio itinere inter Alfiū & Por-
tum Augusti; omnino intercidit.

PORTVS AVGVSTI apud Tiberis ostia ab Augusto effo-
sus: hodie *Porto*, vrbs Episcopalis.

Salinæ, Veientum videlicet, ad quas confligit cum Ve-
ientibus Ancus Martius, locūque sibi vindicauit:
hodie *Campo di Saline*.

VOL-
SINII
partie du
Patri-
moine de
S. Pierre
autour
de Bolsē-
na, &
Monte
Fiasco-
ne, &
quelque
peu de
l'Estat de
Sienna.

VOLSINII, seu Vulfinij oppidum Tuscorum opulentif-
simum, quod totum fulmine concrematum est Plin.
lib. 2. cap. 52. Hic molæ versatiles inuentæ eidem
lib. 36. cap. 18. Hic natus Ælius Seianus. Fuit antè
dicta Tyros, hodie *Bolsēna*, & *Bolsene*, ad lacum Vul-
finiensem, qui aliquando sanguine manauit: in Mar-
tyrologiis Vulfinus dicitur lacus, & S. Christinæ.

Suana cuius incolæ Suanenses Plinio: *Soana*.

Trossulum, vnde Ro. Equites dicti Trossuli, quòd op-
pidum illud sine pedite cepissent Plinio, & Festo:
hodie *Monte Fiascone*, aut non procul.

Ferentinum, & Ferentia, postea Ferentum, Ferentis
municipium Vitruuio, qui eius lapicidinas laudat,
& vrbi propinquiores optat: hodie *Ferenti*.

Herbanum aliter Vrbs Vetus, Procopio Vrbiuentis, &
Vrbiuentum; hodie *Oruieto*, ad Fl. Clanim.

F A-

L I S-

C I,

Græcis
etiam

FALERII: Colonia cuius incolæ Falisci apud Romanos,
(nam Græci promiscuè his vocibus vtuntur) Filiscum
Diodoro: sic dicta à Phalerio Argiuo apud Solinum
cap. 8. Hanc urbem Camillus virtute non armis ce-
pit, remisso perfido ludimagistro. Quidam tamen
duas vrbes esse dicunt Falerios, & Faliscum, vt Soli-
nus antè citatus, dum ait ab Haleso Argiuo conditum
Faliscum. Festus à Sale Faleros (sic enim vocat) di-
ctos esse contendit: vel vt Seruius Faliscos, quasi Ha-
liscos. Locus eius ostenditur in rupe insuperabili pro-
pe *Ciuita Castellana*.

SORACTE MONS, Varroni Suraetes, quem incolebant
DD dd iij

F A- Hirpi, malè à quibusdam Hirpini, dictus est Soractes à Sorani Ditis cognomine, quia ei fiebat in hoc monte sacrum cuius meminit Seruius ad XI. Æneid. hodie *le mont S. Syluestre.*

L E- Lacus Vadimonis describitur à Plinio Iuniore epist. 20. lib. 8. in quo Insulæ fluitantes. Adhunc reliquæ Gallorum Senonum à Delabellâ concisæ sunt: hodie, *il lago di Bassanello.*

*le pays
autour
du mont
S. Syl-
uestre,
& de
Citta
Castella-
na.*

FESCENNIVM: ab Argiuis conditum, vnde versus Fescennini carmina nuptialia: malè in Campaniâ collocatur à Seruio, nam Plinio est in Etruriâ supra Faliscos ad Tiberim: hodie ab incolis *Galesio.*

CAPENA, vnde Capenates in historiis semper iuncti Faliscis, hodie *Ciuitella*; malè *Canapina* hæc enim remotior ab agro Falisco.

Feroniæ lucus vbi templum magnificum Capenatum, cuius meminit Liuius lib. 26. & ait ab Annibale multo auro spoliatum; sacrum erat Proserpinæ vt ait Hælic. lib. 3. atque Sabinis, & Latinis quoque religiosum: hodie *Fiano*, quasi Fanum.

CLV-
SINI,

*une par-
tie des
territoires de
Sienne,
& d'Or-
vieto.*

CLVSIYM, vrbis antea dicta CAMERS apud Liuium lib. 10. (vbi Annius & Leander legunt Comerfolum, sed quo auctore?) Gallicâ obsidione famosum. Eius Rex Porfena, quo regnante res Clusinarum, seu Camertium magnæ erant. In eâ labyrinthus Porfenæ dictus vbi eius sepulchrum, Plinio lib. 36. cap. 13. hodie *Chiusi.*

Clanis Fl. & Clusina Palus, seu Clusinus lacus, nam apud Strabonem lacus statuitur ad Clusium: hodie *la Chiana.*

SENA Colonia, & Sena Iulia, Octauij iussu deducta. Meminit eius Tacitus Hist. 4. Quando ex Senatusconsulto plebs Senensium admonita est modestiæ: perantiqua ciuitas, & ex Polybio à Gallis Senonibus cõdita, alia ab eâ quam in Hadriatico littore condiderunt: hodie *Siena*, nobis *Sienne en Toscane.*

A R- ARRETIVM: nunc *Arezzo* Colo. & Municipium inco-

RETI-
NI,

une partie du Florentin au dessus & dessous de Florence, & autour d'Arezzo.

læ Arretini Veteres dicti Plinio; quorum plerique suppetias tulere Catilinæ, vt & Fæsulani, urbésque illæ sæpe coniunguntur; vnde mihi suspicio Fæfulas ad Arretinos pertinere.

Fæsulæ, & Fæsula, facta Colonia à Syllâ, in Mugiella valle cuius meminit Procopius: hodie *Val di Mugello*; vrbs hodie *Fiesoli*.

FLORENTIA: *Fiorenza*, nobis *Florence*, olim Fluentia dicta, incolæ Fluentini Plinio: ad Arnum sita vt colligimus ex Ann. I. Taciti: Municipium tantum fuit. Tempore Belissarij erat populosissima ciuitas.

Pistorium, aliter ad Pistoies: hodie *Pistoia*, nobis *Pistoie*, cuius in agro victus Catilina, vbi & Asinus ex tribunali iudicis destinatus rudebat inquit Amm. Marcel.

CORTO-
NENSES,

une partie du Florentin au dessus du lac de Perouse.

CORTONA, ab antiquioribus Græcis Κρότων Croto, Cyrtonium Polyb. lib. 3. in Itinere Annibalis; à Pelasgis erepta Vmbris, & belli sedes constituta apud Dionys. lib. 1. erat circum pascuis lata & munita; malè in Martyrologiis dicitur Colonia Tusciæ pro Cortona Tusciæ. Vtrum autem dicatur Coritus, aut Corithum apud Silium, vide bene multa apud Cluuerium, vbi putat fuisse Regem, sicut apud Maronem 3. Æneid.

P E-

R V-

SINI,

une bon-

ne partie

du terri-

PERUSIA Colonia, & Municipium: hodie *Perugia*, nobis *Perouse*, & *Peruse*, ab Achæis originem trahens, ait Iustinus lib. 20. Stephano Perræsius, celebris obsidione L. Antonij fratris Triumviri, quando & tota deflagrauit vno incolumi templo Volcani, vnde restituta Deum illum pro tutelari impensius coluit. Antequam caperetur ab Octauijo, Colonia Vibia dicebatur à Vibio Panfâ, Hirtij collegâ; postea Augusta Perusia nominata est.

LACVS TRASYMENSIS, Thrasimenus, & Thrasamenus, qui à Strabone statuitur ad Arretium, cum tamen sit vicinior Perusiæ, quare ab Appiano Perusinus appellatur. Memorabilis est prælio Annibalis contra Flaminium: videtur & apud eundem Appianum vocari

toire de

Perou-

se.

Plestinus. Ostenduntur in planitie rudera Castrorum, quod hinc Romani postea fixerunt, hodie rudera *di Trasmeno*, ubi incolæ urbem fuisse perhibent: hodie *Lago di Perugia*, nobis *le lac de Perouse*.
 Tusci, villa Plinij iunioris, de quâ tam sæpe in epistolis; quibusdam malè, *Borgo san- Sepulchro*, nam fixa erat ad ripam Tiberis supra Tifernum, quod hodie *Citta di Castello* dicitur.

CAPVT SEXTVM.

De Latio.

NVLLVS in totâ Italiâ locus, immo nulla in orbe regio reperitur apud auctores celebratior; quare æqui bonique lector consulet, si caput istud paulò longiùs excurrat.

§. I. Historica descriptio Latij in genere.

NVM. I. Nomen Latij.

Sic dictum est à *latendo*, quòd in iis oris Saturnus profugus latuisset, ut aiunt Virgilius, & Mythologi; vel quòd ea regio inter Apenninum, & Alpes lateat, ita Varro. Quidam tamen hanc vocem deducunt à Rege Latino; quamquam dubium sit vtrum hic ab illa, an ille ab hac nomen acceperit.

NVM. 2. Origo Latinorum ubi de Aboriginibus & Pelasgis.

LATIVM incoluerunt primùm Siculi, seu Sicani; qui autem ante Siculos ignoratur; sic Halic. lib. 1. Sicani autem non tantùm in Latino agro, sed & Sabino, & Tusco, saltèm ex parte, vixerunt.

Tum autem **ABORIGINES** degebant in montibus atque ita dicti sunt, vel quòd postea ab iis Romani exorti sunt; vel quòd ex multis regionibus cõuenæ hinc consedissent quasi *Aberrigines* (quas causas affert Dionys. Hal. lib. 1. Festus Pompeius, & Sextus Aurelius Victor insinuant) aut certè à Græco ὄρος, quòd in montibus vixerint, quam rationem quoque Dionys. attigit. Pausanias in

Ar-

Arcadicis eos Aborigines ex Arcadiâ venisse putat ducibus Oenotro & Peucetio Lycaonis filiis, quod extremum non multum abscedit à mente eiusdem Dionysii. Alij putant Aborigines *αὐτόθους* esse, ut testatur Dionysius, & Festus insinuat, quæ opinio vulgò creditur probabilior. Sed similis vero est Aborigines ex indigenis, atque Pelasgis permixtos esse.

PELASGI autem quinam fuerint iam diximus in Thessaliâ, ubi primam eorum originem retulimus; sed hîc obseruabis triplicem fuisse Græcorum migrationem qui aliquando vno nomine appellantur, ex quo nomine vniuersa perturbatur historia. Ego verò Græcos quater in Italiam irrupisse puto; *primò* duce Oenotro, & hæc Oenotriorum expeditio dicta fuit, annis 459. ante bellum Troianum, de quâ in magnâ Græciâ. Deinde quando Pelasgi postquam diu errauerunt, & constiterunt apud Dodonæos, videntes se hospitibus graues in Italiam venire per Padum fluuium, ubi & Spinam condiderunt annis ante Troiæ *ἄλωσιν* 320, annis 138. post Oenotrios. Hîc autem cum aliquandiu consedissent partim à Barbaris delati sunt, partim in Umbriam trāsire Tarchonte Duce. Dum igitur Umbros inuadunt ab iis territi confugere ad Aborigines, qui in nouos accolæ insurgunt; sed cum Pelasgi ad Cutiliæ lacum consedissent, hîcque vidissent fluitatem Insulam ab hostibus pacem petiuere prætexentes oraculum, quo iuebantur in eo loco consistere, ubi Insula *ἔχεται* moueretur, quam impetrauerunt, & iis iuncti egregiam hospitibus operam nauauerunt, ipsi Crotonem, seu Cortonâ occupauerunt, cum Aboriginibus Sicanos expulerunt ad Anienem fluuium; ex quo loco etiam Siculi eieci sunt à nouâ Sabinorum gente ex Opicis profectâ, quæ fortè gens Volscorum est.

ARCADES porro tertiam expeditionem suscipere 60. annis ante Troiæ *ἄλωσιν* duce Euandro. Is Euander filius erat Mercurij ex Nymphâ quæ Græcis Themis dicitur, Romanis Carmenta, & iunctus reliquiis Pelasgorum & Aboriginum, primò circa paludes Reatinas hæsit, deinde cæli grauitate compulsus, ad ea loca perrexit, ubi postmodum Roma condita est, ibique sedes fixit.

Quarta expeditio Græcorum, seu Pelasgorum HERCVLIS dicitur, quando venit in Italiam posteaquam Hispaniam, & Occidentalem plagam domuisset, cum & suscepit filium Latinum dictum ex Fauni Regis filia, ut ait Iustinus lib. 43. Faunus erat filius Iani, qui Saturnum fugientem Iouis iras hospitio susceperat, &

hic susceperat communicatum à Iano regnum homo iustissimus, & à quo Regio Saturnia dicta fuit. Fuit quoque perhumaniter ab Arcadibus susceptus Hercules: sed hæc omnia de Hercule Liuius fabulosa credit. Quidquid sit certè Latinum in hac parte regnasse quando ad Latinum littus Troiani appulere Duce Æneâ. At cùm Latinus in acie à Rutulis cæsus esset, Æneas ad conciliandos Aborigines, Troianos & hospites suos vno nomine dixit.

NVM. 3. *Romanorum origo, & initium Imperij.*

ÆNEAS Regno in Italiâ constituto rerum potitus est tribus annis, quãdo appetitus à Rutulis, & Tyrrhenis, à Mezentio Rege Tyrrhenorum cæsus est. Successit Æneæ Ascanius filius, qui reparatis rebus suis pacem cum Mezentio fecit, & tricesimo post Lauinium conditum anno Albam Longam extruxit, quæ Romanæ Reip. fermentum fuit. Ascanio anno regni sui 38. demortuo successit Siluius Ascanij frater: hic post mortem Æneæ ex Lauinâ filiâ Latini natus erat, & inter pastores educatus; Iulio filio Ascanij honor sacerdotij concessus est, populo sic litem dirimente. Siluius successit Æneas filius, Æneæ Alba, Albæ Capetus, Capeto Cypus, Cypii Calpetus, Calpeto Tiberinus à quo Fl. quo haustus est nomen accepit, Tiberino Agrippa, Agrippæ Alladius Deorum contemptor, fulmine afflatus, & aquis haustus, Alladio Auentinus, Auentino Proca, Procæ Amulius & Numitor; sed Amulius fratrem Numitorem circumuenit; filiam eius Silviam (aliis Iliam) Vestalem fecit, quæ à Marte, vel ab Amulio ipso compressa gemellos edidit Romulum & Remum, qui à Faustulo & eius vxore meretrice educati occiso Amulio Numitorem atum in regnum restituerunt, & nouum regnum molientes Romam condiderunt; tam exiguam sub initium, vt eius muros per iocum Remus transiliret, qui iocus ei vitâ stetit. Quæ autem fuerint prima victoriarum rudimenta paucis accipe. A Sabinis exorsa est defendenti se potius quàm inuadenti similis; secuti Fidenates, mox Veientes, omnes à Romulo deuicti. Sub Numa religioso principe summa pax extitit: à Tullo Hostilio bella renouata, à cognatis Albanis sumptum exordium. Hi victi sunt in Curiatii per vnum Horatium, dein parum fideles in bello contra Fidenates, & Veientes, grauiores dependere pœnas, vrbs æquata

solo, mater in filia gremium translata est Albanis omnibus Romam immigrare iussis.

Sub Anco Martio tentati Latinorum tantum aliqui, atque subacti: sed eosdem potentiùs contudit Tarquinius Priscus, à quo & Sabini rebellantes compressi. A Servio Tullo res Romana potiùs ordinata quàm aucta. Tarquinius Superbus Gabios cepit, filij sui fortitudine, & vibicibus vsus, sed eius postea libidine Romam regnumque perdidit.

Exinde per Consules administrata Resp. nequicquam reditum moliente Tarquinio. Magnus ingruit à Porfena Rege Etruriæ metus, sed hunc excutere cœpit Horatij Coclitis virtus in ponte sublicio, pacem sancire constantia Scæuolæ compulit. Mox iterum victi Sabini, mox Aurunci. Sponte se dedit Præneste, vnde belli Latini femina, qui ad Regillum lacum deuicti fœdus percussere, sed quod abruperunt statim. Volsci gens ampla per se, tamen tunc & Hernicis coniuncta caput extulere, sed deuicti tandem vnà cum Æquis. Tum trans Tiberim regressum est: ad Cremeram arcem & fluuium res malè cessit trecentis Fabiis vno die oppressis. Iterum Æqui, Volsci, Hernici repressi sunt, & paulò post Æqui sub iugum missi per T. Q. Cincinnatum ab Aratro ad Dictaturam vocatum. Exinde sæpe renouata bella cum Volscis, Æquis, Veientibus, Faliscis, decennali obsidione capti Veientes. Galli Senones victoriarum penè obduxere fontem, ab iis capta Roma & incensa; sed statim virtute Camilli Po. Ro. fortuna reparata est: nihilominus cum Gallis deinceps pugnandum fuit, donec penè in Italia omnes extinguerentur. Inde in Samnites pro Campanis bellum susceptum quod 70. & ampliùs annos tenuit. Etruscorum quoque 12. populi simul coniurarunt, sed 60. suorum millia perdidere. Tarentinum quoque bellum sollicitos Ro. tenuit ob accersitum ex Epiro Pyrrhū, sed hic subactus Romanorum animos auxit: Punicum bellum primum eos potiùs exercuit quàm fregit; sed secundo bello Punico tam feliciter confecto, quàm infortunatè inchoatum erat, Romani deinceps non tam ad bella, quàm ad victorias profecti sunt, & ex orbe vniuerso quidquid optauerunt, obtinere.

N V M. 4. *Vtrum Romani & Latini Barbari dicti sint.*

HANC quæstionem aliàs leuiter attigimus, sed eo loco confi-

E E e ij

cienda est hoc pacto, si dixeris id credidisse nonnullos veterum, alios pernegasse.

Pro parte Aiente, profertur Liuius lib. 31. apud quem Macedonum legatus in concilio Ætolorum Romanos Barbaros appellat. Sed vt reliquos omittam Plautus disertè huic opinioni fauet, dum ait *Marcus vertit Barbarè hoc est Latine*: & in Captiuis cùm vnus Latij nonnullas vrbes appellasset, alter paulò post eas Barbaras vocat.

A Negante facit, *primò*, quòd lingua Latina credita sit Dialectus Æolica Græca, nonnullis tamen admissis Aboriginum vocibus, id Dionysius Halic. qui hoc diligenter se excussisse profiteretur: quod ante eum annotarat Tyrannio libertus Terentiæ vxoris Ciceronis, vt tradit Suidas. *Secundò*, quòd Ennius Romanos Græcos nominarit, vt tradit Festus, & quidam apud Plutarchum ex Heraclide Pontico Romam urbem Græcam dixerunt. *Tertio* denique apud Liuium in oratione Metij Suffetij ad Tullum Hostilium Latini Barbaris opponuntur, igitur Romani non putabantur Barbari. *Quartò* denique apud Plutarchum in vita T. Quintij Flamini Græci cum Romanis dicuntur *κοινωνήματα παλαιῆς γένους ἔχειν δοκούσας*, *habere videri antiqui generis communitatem*. Neque aliter proposita quæstio dissolui potest.

N V M. I. Diuitie Romanorum.

QUANTVM pecuniæ intulerint in Ærarium Imperatores Rom. victores, atque triumphantes ex variis locis T. Liuij colligere potes, si otium est. Vnus Paulus Æmilius ex Macedonicâ prædâ intulit supra tredecim milliones librarum nostrarum secundum opinionem Velleij, Cato Vticēsis ex bonis Ptolemæi Cyprij supra vndecim milliones. Cæsar 37. milliones cum dimidio, cùm militi & populo insuper 64. milliones distribuisset; atq; etiam postea sepouit in templo Opis 44. milliones quos Antonius suffuratus est, legauitque populo moriens decē & septem milliones. Augustus hæreditatis nomine ab amicis 250. milliones acceperat, quo imperāte Gallia 20. milliones annui tributi, ac totidē Ægyptus pensitabāt. Tiberius moriens ferè 169. milliones reliquit, quos vno anno Caligula profudit. Nero, vt taceam eius insana ædificia, conuiuia, &

alia quæ longè plus pecuniæ absumpserunt, in munera duntaxat 137. milliones cum dimidio effudit annis quatuordecim. Vitellius paucis mensibus in luxuriam 56. milliones abliguriuit, ut hîc omittam Commodum, Heliogabalum, & alia eiusmodi luxuriæ portenta. Denique (vnde Romana potissimum magnificentia colligitur) Vespasianus apud Suetonium requiri putabat ad perfectam Imperij administrationem duo millia millionum & insuper quingentos milliones, ut vetus lectio dicat, ut noua & emendata, & dubio procul verior, ducentos quinquaginta milliones.

N V M. 6. *Latij fines.*

FINES antiquissimi Latij videntur fuisse Antium, Tiberis, & Liris, quod elicitur ex Dionys. Halic. lib. 1. postea tamen Latium diuisum est in Antiquum & Nouum, ac proinde diuersi statuti sunt limites.

ANTIQUI LATII termini non ultra Antium promoti sunt: deinde à Tarquinio Superbo captâ Sueffâ Pometiâ Volscorum primariâ, iidem fines ad Circeios extensi; meminit horum terminorum Plinius.

NOVI LATII finis fuit Liris Fl. *le Cariglian*, aut melius linea ducta ab vrbe Sinuessâ per montem Massicum vsque ad Apenninum, ut vnâ regione Volsci, Aurunci, Hernici, Æqui cum Latinis & Rutulis continerentur: certè 30. Latini nominis populos fuisse tradit lib. 6. Dionysius Halicarnassensis.

§. 2. *Descriptio Historica populorum Noui Latij.*

Eos iam appellauit Volscos, Auruncos, Hernicos & Æquos, nam de Latinis & Rutulis satis suprâ diximus.

N V M. 1. *De Volscis & Opicis.*

NOMEN & ORIGO. Scyllaci ὄλοσι dicuntur, Ptole. ὄλοισι. Quinam autem & vnde fuerint difficile est statuere. Hoc certum habuisse peculiarem linguam quæ opponitur Latinæ, vnde illud tritum *Oscè & Volscè fabulantur quia Latinè nesciunt*, apud Festum ex Titinij fabulâ, sed hæc à Sabinorum linguâ non videtur fuisse

E E c c iij

discreta. Hic si vaticinari licet, eos esse puto qui ex Opicâ gentē contra Siculos bellum gessere eosque ex Latio expulere, & *Oscos* dictos aliter esse quasi Opicos: ratio est quia idem est *Oscè*, & *Opicè* fabulari, at idem est *Oscè* ac *Volscè*, igitur. Scio Strabonem manifestè *Oscos* ab *Opicis* distinguere; sed Latini, homini *Græculo* prævalere debent. Sunt autem *OPICI* dicti à serpentibus quibus eorum regio scatebat, & olim *Campaniæ* partem obtinebat, atque etiam *Latium*. Sane *Aristoteles* apud *Dionysium* posuit *Latium* in *Opicâ* terrâ, & *Plato* *Opicos* vocat, qui præerant mari *Tyrrheno*: item *Scymnus* ponit *Cumas* in terrâ *Opicâ*, & *Dionysius* in iisdem *Opicis*, *Misenum* & *Parthenopem* collocat: apud *Dionem* *Cæsar* videtur *Campanos* *Opicos* nominare; quis etiam ignorat *Atellam* in *Opicis* fuisse. Fuit ergo *Opicorum* gens amplissima, utpote quæ *Aufonas*, *Auruncos* *Aufonum* partem, *Campanos*, *Sabinos* & reliquos *Samnites* ex *Sabinis* oriundos, quorum omnium vna lingua fuit quæ opponitur *Græcæ* & *Latinæ*; unde *Ennius* apud *Agell.* lib. 17. c. 17. triplici corde instruitur, quod tribus linguis loqueretur, *Græcâ*, *Latinâ*, & *Oscâ*. Quod autem ait *Strabo* *Oscorum* gentem periisse, linguam remansisse; vel intelligendus de *Oscorum* gente latissimè patente, vel certè de *Volscis* qui sequenti tempore in *Latinorum* nomen transierunt; nam apud *Florum* lib. 1. cap. 11. pertinacissimi *Latinorum* dicuntur.

FINES. Ab Occidente separabantur à *Rutulis* & *Latinis*: à *Septentrione* *Æquis*, *Hernicis*, & *Marsis*: ab *Oriente* *Samnitibus*, & *Campanis*: denique à meridie maris inferi parte, & *Auruncis*.

N V M. 2. De Auruncis, & AVSONIBVS.

NOMEN & ORIGO. *Aufones* quondam à *Terracinâ* ad fretum vsque *Siculum* *Italiam* incoluerunt, unde sensim expulsi sunt ab *Oenotro* 17. ætatibus ante *Troia* ἄλωσι, ut postea dicemus. Unde factum ut pars illa diceretur *Oenotria*, quæ antè *Aufonia* vocabatur, sicut & tota *Italia*. Dicti autem sunt *Aufones* ab *Aufone* *Vlyssis* & *Calypsus* filio, ut omnes *Grammatici* putant. *Aufonum* vrbes porrò nominantur *Cales*, *Beneuentum*, *Nola*, ut ait *Suidas*, ut *Strabo* lib. 5. loca inter *Sinuëssam*, & *Terracinam*: videlicet expulsi ex superioribus locis *Beneuento*, &c. ad mare se continue-

runt infra Volscos, ubi dicti sunt Aurunci; sic enim disertè Seruius ad 7. Æneidos; *Aurunci Græcis Ausones nominantur: & apud Macrobius & Agellium pro Ausonibus appellantur Aurunci. Sed rem conficit Tzetzes ex Dione Cocceiano; Ausonia propria Auruncorum vocatur terra inter Campanos, & Volscos ad mare sita.* Porro de nomine Auruncorum antiqui profus tacent.

FINES AVRUNCORVM sunt, ab Oriente Mons Massicus supra Sueffam Auruncam; à Septentrione & Occidente hinc linea deuens ad Terracinam; à Meridie pars Inferimarum.

N V M. 3. De Hernicis.

NOMEN & ORIGO. Dicti sunt à Saxis quæ incolebant; nam Marsicâ & Sabinâ linguâ *Herna* significant *Saxa*, sic Festus & Seruius: Macrobius tamen eorum nomen ab Hernico quodam Pelasgo deduxit, quem Ætolum fuisse suspicatur, quia deinceps gens illa vno pede nudo ad bellum procedebat.

Initio Historiæ Romanæ semper distinguuntur à Latinis, & origine Sabini ex voce fati intelliguntur: tumque apud Dionys. Halic. dicuntur gens valida, bellicosa, & fortis; sed tandem in Latij fines nomenque transferunt.

FINES: à Septentrione Marsis, & Æquis coniunguntur, ab Oriente, Meridie, Occidente Volscis ambiuntur.

N V M. 4. De Aequis, seu Aequiculis.

NOMEN & ORIGO. Variis modis eorum effertur nomen, nam & dicuntur Æqui, & Æquicoli, & Æquani *αἰχμοί*, & Æquiculi, & Equicoli, apud Diodorum Siculum Æcli, & Æcicli. Vox autem illa *Cole*, & *Coli* innuit eos agris colendis vacasse; vnde Virgilius ad eorum nomen videtur allusisse dum cecinit 7. Æneidos,
— *duris Aequicula glebis.*

Sub initium Historiæ Romanæ à Latinis distinguuntur, vt apud Liuium lib. 3. dicuntur *agrum Latinum inuasisse*, & paulò post *in Latino castra possuisse*: item *vexatos excursionibus Aequorum Latinos*; igitur Latini non erant, sed victi, subiugati, attriti Latio accensi sunt, vt testatur Strabo lib. 5. & apud Florum lib. 1. cap. 11. *Pertinacissimi Latinorum dicuntur fuisse Aequi, & Volsci.*

Populationibus aptissimi erant, & quantum Romani pugnandi arte, tantum hi incursionibus valebant, Liius lib. 2. quod Virgilius sic expressit, — *semperque recentes*

Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

FINES. A Septentrione per montes dirimuntur à Sabinis & Marfis; ab Occidente Latinis, seu Latio Antiquo in quod excurrerant per montem Algidum; ab Oriente attingebant Marfos, & Hernicos; à Meridie denique distinguebantur à Nouo Latio per montes supra Sacriportum.

§. 3. De Vrbe, seu Romana Ciuitate.

ROMANA ciuitas à Romulo & pastoribus vt vulgò creditur condita, à sceleratis atque decoctoribus in Asylum confluentibus aucta, ex initiis adedò paruis creuit vt eius murum per iocum Remus dicatur transiisse. Eius Epitheta in syllabum digesta legere poteris apud Ortelium in Latio antiquo, quorum hæc præstantissima; *Aeterna, caput gentium & orbis, curia dignitatum, mundi miraculum, orbis officina, templum omnium virtutum, Vranopolis, &c.*

NVM. I. Nomen & Origo.

ROMÆ aliud nomen fuisse impositum per Aborigines tradunt Plinius, Festus, Macrobius, & alij, quod nefas esset nominari: ideòque Valerium Soranum neci datum quòd eam vocem appellasset. Quidam *Valentiam* dictam esse volunt, & vocem *Ρώμη* Græcè ab Euandro formatam esse; sic Solinus cap. 1. Cùm autem antonomasticos *Vrbs* dicitur, intelligitur Roma; vt *Ἀθῆναι* Athenæ, *Ἀλεξάνδρεια* Alexandria.

De eius conditoribus decem vulgò & ampliùs recensentur opinioniones, quas leges apud Cluuerium, & Onuphrium ad nauseam hîc diffusos.

NVM. 2. Amplitudo.

DIONYS. Halic. lib. 14. ait Romam non multo capaciorem Athenis esse, at Athenæ ex Thucyd. sunt stadiorum 178. quæ efficiunt M. P. 22. & passus 250. A quo non multum aberrat Olympiodorus apud Photium, qui ait Amonem Geometram dimensum Urbem quo tempore eam Gothi inuaserunt, inuenisse 21. Milliarum.

ria. Plinius ei tribuit *xlii*. Mil. Pas. & ducentos; emendant Lipsius & Cluverius *M. xxlii* & 200. Notat tamen Plinius si habeatur ratio suburbiorum excurrere ad *Lxx*. M. Pas. vel ut alij emendant *Lxv*. M. P. Dionys. autem lib. 4. ait non facile dignosci posse quo usque se extendat, aut ubi desinat; certè ad usque Ostia procurrisse domos notat Lipsius; & Suetonius ait Neronem cogitasse Pomœrium urbis Ostia transferre, at *16*. Mil. Pas. distant ab urbe. Vopiscus denique in Aureliano ait eum sic muros urbis amplificasse, ut *50*. propè Millia Passuum continerent.

N v m. 3. Regiones urbis *xiv*.

Prima: Porta Capena dicta, in quâ Almo Fl. *Aqua Crabra*.

Secunda: Cœlimontium, ubi Suburra.

Tertia: Isis & Serapidis Moneta, ubi Carinæ, & Amphitheatrum Vespasiani.

Quarta: Via sacra, seu Templi pacis, ubi via sacra.

Quinta: Esquilina, ubi Castra Prætoria, & domus Meccenatis.

Sexta: Alta semita, ubi Thermæ Diocletiani, &c. item Constantini.

Septima: Via lata, ubi domus Martialis.

Octava: Forum Romanum, ubi Capitolium, & Milliarium aureum, Tempia Iani Gemini, Vestæ, &c. Asylum, 3. Fora Magnum seu Vetus, Cæsaris, & Augusti, Comitia, Rostra.

Nona: Circus Flaminius seu Campi Martij, ubi Pantheon Agrippæ, curia Pompeij.


Decima: Palatium, ubi templa Iouis Statoris, & Apollinis Palatini.

Undecima: Circus maximus, ubi Velabrum, Ara maxima seu Herculis.

Duodecima: Piscina publica, ubi ædes Bonæ Dæ Subfaxanæ.

Decima-tertia: Aventinus, ubi Scalæ Gemoniæ, ædes Bonæ Dæ in Aventino.

Decima-quarta: trans Tiberim, seu Transiberina, ubi Tribunal Aurelium, & ubi Iudæi habitauerunt.



N V M. 4. Montes septem.

PALATINVS, de cuius origine magnæ lites.

CAPITOLINVS, antea Tarpeius : *le Capitole* : vbi templum Iouis, & Arx Tarpeia ; à capite humano hîc inuento nomen habet.

CÆLIVS, & Querquetulanus à syluâ Querneâ : *S. Iean de Latran.*

ESQVILINVS, ab excubiis dictus : *de Saincte Marie aux Neges.*

QVIRINALIS, *Monte Cavallo*, à duobus equis quos gigantes tenent opera Phidix & Praxitelis.

VIMINALIS, quibusdam confusus cum Esquilino, sic dictus à Ioue Vimineo cuius hîc sylua.

AVENTINVS, olim & Romurius dictus, quia hîc vidit augurium Romulus : nunc *de Saincte Sabine.*

Extra urbem. { IANICVLVS : nunc *Montorio.*
VATICANVS, sic dictus quòd hîc positus populus Ro. *Vatum* responso, pulsus Etruscis, vt Festus ; vel vt Gellius à Deo qui vagitibus præerat : hodie *le Vatican.*

N V M. 2. De Portis urbis Romæ.

C I. PORTA FLUMENTANA, sic dicta à vicino Tiberi, olim sita prope *campum Floræ*, sed Aureliano includente campum Martium translata est, & exinde dicta FLAMINIA à viâ quæ ex hac portâ existit : hodie *del popolo.*

T R A. COLLATINA, ab vrbe Collatiâ Sabinorum nomen habet, mutata etiam ab Aureliano, & dicta PINCIANA à nobili æde Pincianorum vicinâ.

T I. ACONENSIS, quia Agonia non procul celebrabantur, dicta & QVIRINALIS à colle vicino, vel ab æde vicina Romuli, ac demum SALARIA, quia per hanc sal ad Sabinos deferebatur : hodie nomen retinet *Salaria* : per hanc Galli in urbem irruerunt.

B E. VIMINALIS, à colle vbi sylua viminum, & ara Iouis Vimini : hodie *S. Agnetis*, ab æde vicinâ.

GABINA, seu GABIYSA, ab vrbe Gabiis, postea TIBURTINA, ab vrbe Tibure : hodie *S. Laurentij.*

ESQVILINA, ad quam sumebatur de fontibus suppli-

Fff ij

- cium, & vulgi corpora amburebantur: hodie *Porta Maior*, quia magno ædificio substructa est.
- R I M. CELIMONTANA, à monte Celio, postea ASINARIA; per hanc bis Gothi irrupere, sub Alarico, & Totilâ: hodie *S. Ioannis*, qui ad hanc missus est in dolium.
- FERENTINA, postea LATINA.
- CAPENA, postea APPIA, nunc *S. Sebastiani*.
- TRIGEMINA, quia egressi per hanc tres Horatij; postea OSTIENSIS ab vrbe: nunc *S. Pauli*.
- NAVALIS, à Nauibus vicinis, postea PORTVENSIS ad portum Ostiæ deducens.
- V L- IANICVLENSIS, ad montem Ianiculum sita: postea S. PANCRATII, etiam tempore Procopij.
- T R A FONTINALIS, à Fontibus; postea SEPTIMIANA, à Balneis vicinis Septimij Seueri.
- TIBE- TRIUMPHALIS, inter Septimianam, & Aureliam, per quam Triumphantes urbem subibant, & funus Augusti deductum Senatu iubente: iam tempore Procopij nulla erat.
- R I M. AVRELIA, prope Hadriani Molem, *le Chasteau S. Ange*, destructa sub Leone IV. Pontif. quando mons Vaticanus, & ædes S. Petri muris Romæ inclusa sunt.

N V M. 6. *De viis ex Româ per Italiam vniuersam sparsis.*

- | | | | | | | |
|-------------------|---|---|---|---|---|--|
| EX PORTA FLAMINIA | } | FLAMINIA sic dicta, vel à Flaminio qui ad Trasimenum cecidit, aut ab eius filio probabilius circa an. V. C. 533. strata, & ab vrbe Ariminum deducta, Apennino etiam per T. Vespasianum, postea exciso ad locum, qui nunc dicitur <i>Furlo Furlum</i> , hoc est <i>Saxū foratum</i> , in longum supra pedes centum, in latum, & altum pedum 12. silice ex- | } | ÆMILIA A-
<i>rimino Bononiam,</i>
& inde <i>Aquileiam</i> , viâ circa Paludes deducta: itêmq; <i>Bononiâ</i> pertracta <i>Placentiam</i> .
ex eâ | } | POSTHV-
MIANA,
Tacito ex <i>Placentia</i> , per <i>Cremonam</i> , <i>Benedriacum</i> , <i>Mantuanam</i> , & <i>Veronam</i> . |
| | | CASSIA ex <i>Milvio ponte Mutinâ</i> .
CLODIA, vel <i>Claudia</i> , ex ponte <i>Milvio</i> , <i>Lucam</i> . | | | | |

N I A. cauato; nomen huius Imperatoris indicant literæ, hic ferè omninò arrosæ: pars eius viz munita est, & aptata ab Augusto Imperatore. Ex Ant. 222. M. Paf. ex Tab. Peutingeri 194. ex ea 9. existebant.

ANIANA }
 AVGVSTANA } *Minoris sunt momenti, & in historiâ parum celebrantur.*
 CIMINA }
 AMERINA }
 SEMPRONIANA }

Ex Portâ } COLLATINA, quæ Salaria iungebatur non
 COLLATINA. } proculab vrbe.

Ex Portâ } SALARIA sic dicta quòd per eam
 S A- } sal portaretur in Sabinos, ait
 L A- } Plin. lib. 31. c. 7. & in Hadriam
 R I A. } per Eretum, Reate, Cutilias deducebat: ad hæc tumulus Marij 7. Confulis: ex eâ existebant

QVINTIANA iuxta urbem Palatium in Sabinis.
 LVNIANA, ad Carsulam prope M. Coritum.

Ex Portâ } NOMENTANA, Nomentum deducit, & ad Eretum
 VIMI- } Sabinorum cadens in Salariam: inter hanc & Salar
 NALI. } riam se Nero interemit.

Ex Portâ } TIBVRTINA Tibur deducens; malè cum Gabinâ con-
 G A- } funditur.
 BINA, } VALERIA *Vetus*, ex portâ Tiburtinâ Hadriam ferebat.
 seu } VALERIA *Novâ*, quoniam deduceret ignoratur.
 Tibur- } GABINA, Gabios tendens Orientalior Tiburtinâ, ad
 tinâ. } hanc Gabinam vicit Camillus Gallos qui Romam incenderant.

Ex Portâ } LAVICANA, *Lauicum*, & *Anagninam* deducebat, & cum
 E S- } Latinâ necebat: ad hanc tumulus Didij Iuliani Imperatoris.
 QVI- } PRÆNESTINA, *Prænestè*, & *Anagninam*, vbi Latinæ
 LINA. } iungebatur, & excurrerat *Beneuentum*.

Ex Portâ } TVSCVLANA, reparata per Messalam sub Augusto,
 CÆLI- } *Tusculum* ducebat.
 MON- } ALBANA, *Albam Longam*, ab eodem refecta.
 TANA. } CAMPANA } De iis nihil occurrit.
 ASINARIA }

Ex Portâ } LATINA, Martiali *Aufonia* dicta, ad quam fanum
LATI- } Fortunæ Muliebris; iungebatur Appiæ ad Cassi-
NA } num.

Ex Portâ } APPIA, *Regina viarum* dicta à Statio,
 } prima omnium strata ab Appio Cæ-
CA- } co V. C. 442. describitur accura-
PE- } tate à Procopio 1. de bel. Goth. &
NA, } ait integram omnino durasse ad
 } annos 900. hoc est circiter, scilicet
seu } verè 850: in eâ ad Terracinam,
AP- } saxum ad centum pedes longit.
PIA } 15. latitudinis excisum est; ad Ca-
 } puam pergebat 142. M. Pas. reli-
 } quum Brundisium vsque 238. Mil.
 } Pas. à Cæsare Iulio videtur confe-
 } ctam esse: tota erat igitur ex An-
 } tonino 380. Mil. Pas. ex Strab.
 } 360: ex eâ existebant, aut ei con-
 } neciebantur.

TRAIANA, *Benevento* ducens
Brundisium.

NUMICIA à
Numicio quo-
dam quæ *Brun-*
dusium vt Ap-
pia ducebat, ex
Horatio.

SETINA ab vrbe
Setia Capaniæ.

DOMITIANA
Sinuessa ducens
Puteolos Cumis;
quam cecinit
Statius.

ARDEATINA, ex Appiâ statim ab vrbe procedebat
Ardeam.

Ex Portâ } LAURENTINA, Laurentum pergens.
 } OSTIENSIS, Ostia deducens nullo modo impedita, &
TIEN- } pridem strata 16. Mil. Pas. ex Antonino, ex Proco-
SI } pio 19. Mil. Pas. cum 125. Pas. hoc est stadiorum 126.

Ex Portâ } PORTVENSIS, ducens ad portum Ostiæ qui situs erat
POR- } ad Occidentalem alueum Tiberis, hodie *Fiume-*
TVEN- } *cino* quia angustior; & per illam transmittendus non
SI } erat fluuius.

Ex Portâ } VITELLIA, cuius meminit Tacitus, & ait
IANICVLENSI } ex hac portâ ad mare tendere.

Ex Portâ } TRIVMPHALIS, in duas discreta partes; vna
TRIVM- } tendebat in Capitolium, alia deferebat in cam-
PHALI } pos.

<p>Ex Por- tâ</p>	}	NOVA AVRELIA, cuius fit mentio in inscriptione; certè non multùm à sequenti dissidebat, vnusque & idem illas curauerat.	
		CORNELIA inter Triumphalem, & Aurelianam Veterem sita.	
A V- R E- L I A	}	AVRELIA VETVS, strata ab Aurelio Cotta anno Urbis 512. vt putat Sigonius: ducta est primùm ad forum vsque Aurelij ad 85. Mil. Pas. Tradit Strabo ad Sabbatios protractam esse ab Æmilio Scauro: Eutropius eam promouet ad Alpes maritimas, Antoninus Arelatensem vsque, & hodie etiam indigenæ vocant <i>lou Camin Aurelian</i> in Prouinciâ.	ÆMILIA SCAVRI, à <i>Vadis Sabbatiis Dertonam</i> vsque protracta prius à <i>Foro Aurelij</i> , ad eadem <i>Vada</i> : sed hoc tantùm loco nomen stratoris seruauit.

NVM. 7. Pontes Romani.

PONS MILVIUS: *Ponte-mole*, ad hunc pugnans Maxentius in Constantinum oppressus est.

PONS ÆLIUS: *Pont S. Ange*, ab Ælio Hadriano, cui adiacet *Moles Hadriani* dicta *le Chasteau S. Ange*.

PONS VATICANVS, seu TRIUMPHALIS: quia per hunc ingrediebantur Triumphantes: *nullus est*.

PONS IANICVLENSIS, à vicino monte Ianiculo; dictus & PONS RYPTVS, quia diu fractus iacuit; restitutus ab Aurelio dictus est AVRELIVS: *le Pont de Sixte*.

PONS FABRICIVS, nunc *Quatuor capitum* à statua quadriformi.

PONS CÆSTIVS, seu ESQVILINVS: *le Pont S. Barthelemy*.

PONS SENATORIVS, seu PALATINVS: *de Sainte Marie Egyptienne*.

PONS SVBLICIVS, ex trabibus conflatus quas *publicas* Volsci dicunt: deinde ab Æmilio ex lapide, aut ilice, dictusque ÆMILIVS: *non extat*.

NVM. 8. Campi Romani, seu Prata.

CAMPVS MARTIVS, qui fuit olim Tarquiniorum, & Marti sacroratus post Reges eieetos, vnde & accepit nomen: situs erat in-

ter Tiberim & vrbis Mœnia, vt intelligitur ex oratione Annibalidis apud Lium lib. 21. vocabatur aliter TIBERINVS: hodie locus inter montem Pincium, & Tiberim ad pontem Miluium, & facellum S. Iuliani, oppositus Vaticano.

PRATA QVINTIA: hodie inter vineam Mediceam, vulgò *la Vigna di Madama*, & Molem Hadriani *le Chateau S. Ange*: sic dicta sunt à Marco Quintio Cincinnato Dictatore.

PRATA MVTTIA: data Mutio Scæuolæ à Po. Rom. virtutis ergò, atque constantiæ: hodie *la Ripa*.

NVM. 9. *Aqueductus præcipui Romani.*

Olim viginti illustres numerabantur, sed ætate Procopij tantum quatuordecim supererant: hi sunt in Historiis celeberrimi.

AQVA APPIA, ducta ab Appio Cæco, inuenta à P. Claudio Venoco.

AQVA MARCIA, à Q. Marcio Rege Pratore qui eam adduxit, olim Aufcia dicta, & fons Piconia, in Fucinum lacum cadens, mox cuniculo hausta, & deinde reddita.

AQVA IVLIA, aliter Tepula dicta ab Agrippâ multis venis collectis aucta.

AQVA VIRGO, sic dicta vel quia militibus hanc Virgo indicauit, vel quòd Herculanium riuum refugerit.

AQVA HASSIA, seu AVGVSTA, & Alletina, parum salubris.

AQVA CRABRA, de quâ in fluuiis Latij.


AQVA SABATINA, seu CYMINIA, ex lacu Sabatino edueta. *Et alia minus illustres.*

§. 4. *Descriptio Geographica Latij.*

NVM. 1. *Latini, hodie la partie de la Champagne de Rome, entre Tiuoli, Velitri, Rome, & le fleuue Numico.*

VR-
BES } OSTIA Colo. facta ab Anco Martio, Romanorum Nauale Straboni, aliter Ostia Tiberina. Repurgatus est portus à Iulio Cæsare, magnificè structus à Claudio, absolutus à Traiano. Hodie *Ostia*, nobis *le port d'Ostie*. Ferunt hîc aliqui Æneam condidisse Troiam No-uam

ITALIAE DELINEATIO.



M A-

uam, de quâ magna difficultas.

RITI-

Laurentum, postea Lauro-lauinium, vt aiunt Seruius, & Inscriptiones, indigenæ Laurentes, & Laurentini, ad quam urbem erat olim lucus ex lauro, item & stagnum quod tempore Seruij iam disparuerat: credunt aliqui dici, hodie *San-Lorenzo*.

MÆ.

V
R
B
E
S
M
E
D
I
T
E
R
R
A
N
E
Æ
A
N-

ALBA LONGA: Romæ mater, à porcellis albis sic dicta, & formâ oblongiore, vt aiunt Aurelius Victor, & Dionys. A Tullo Hostilio Rege diruta: hodie eius ruinæ ostenduntur in *monte Albano*. Hic quoque mons Albanus *monte Albano*, vbi ferix Latinæ celebrabantur; hic etiam Templum, & hospitia aliquot, eiusque incolæ Foropulienses dicebantur. In eo quoque Albanum Pompeij villa cuius ruæ hodie etiamnum hîc visuntur.

TIBVR: *Tiuoli*, incolæ Tiburtes, & Tiburs in singulari Dionys. τὰ Τίβυρα, Straboni τὰ Τίβυρα. In ea templum Herculi nobile: de eius conditore vide Cluuerium. *Superbum Tibur* Virgilio dicitur, Horatio *Argeo positum colono*.

GABII: incolæ Gabini, Albanorum Colo. ad quam urbem victi Galli à Camillo: celebris quoque est Sexti Tarquinij stratagemate; hodie *l'hosteria de Finocchio*.

PRÆNESTE Col. & Municipium: hodie *Palestrina*; Prænests Dionys. & Stephano, sic dicta quòd montibus præster, ait Festus, vel vt ait Seruius τὸ τῶν ἰλιβίων ab ilicibus. Dicta quoque est Stephane, quòd Telegonus hîc vidisset incolas ilice coronatos saltare; hîc etiam Fortunæ primigeniæ templum.

TUSCVLVM, à quo Tusculani colles *les monts de Frescati*, dicta vrbs à sacrificiis, & Tuscis; vel quòd sit aditu difficilis quasi *δυσκοτος*: hodie *Toscolano*, ruinæ tantùm.

Tusculanum Ciceronis, antea Luc. Corn. Sullæ quod eluebatur Aquâ Crabrâ, hodie *Monasterio S. Mariæ di Grotta Ferrata*, inter *Frescati*, & *Rocca del Papa*.

Fortunæ muliebris templum ad Crabram Aquam Romam inter & Tusculanum, vbi Veruria mater Coriolanum flexit: hodie perit etiam loci nomen.

LAVICVM, & Labicum Colonia, & Municipium, quod ait

L I Q V I
L A T I I I

Tullius suo tempore defecisse: locus hodie *Zagaruolo* Clu-
uerio. aliis *Valmontone*, perperam.

LANVVIVM Col. & Municipium, cuius Dictator Milo, vn-
de & oriundus Antoninus Pius, vbi Iunonis Sospitæ tem-
plum: hodie *Civita Lavina*, & *Civita Indovina* corruptâ in-
flexione.

ARICIA: hodie *l'Arícia*, incolæ Aricini, vbi & nemus Dia-
næ Tauricæ, vbi Rex Nemorensis; cuius meminit Sueto-
nius in Caligulâ, qui armis de sacerdotio depugnabat.
Iuxta hanc cliuus Virbij seu Aricini, lucus Egeriæ, &
fons, de quibus in fabulis, & Poëtis.

Bouillæ, incolæ Bouillani, vbi cæsus à Milone Clodius; ita
dictæ à voce *Hilla*, hoc est *intestina*, quòd eò aduenerit bos
ex vulnere trahens intestina: aliis parum peritè quasi boum
villa: *locus eius ostenditur*.

LAVINIVM à Lauiniâ vxore Æneæ, ad quam urbem lucus
Iouis Indigetis: hodie locus vbi Sacellum *Dive Petronilla*.
Hic primò seruati Penates Ro. Albam deportati; & Fanum
commune omnibus Latinis, ait Strabo.

L A- } Ostiensis: hodie *Stagno*.
C V S } Regillus in agro Tusculano ad quem apparuere Castor
& Pollux Ro. bello Latino: hodie *le lac S. Praxede*.

L A- } Aricinus: hodie *Lago di Iensano*, & *Nemo*, à duobus
T I I } oppidis quorum hoc nemus etiam olim, vnde Rex
antiqui } Nemorensis dictus: quibusdam *Specchio di Diana*.

ALBANVS: *Lago d' Albano*, de quo lege Plutarchum in
Camillo.

FLV- } TIBERIS, & Tibris: *Teuere*, à Tiberino Rege nomen
MI- } accepit cum antè Albula diceretur, sic Dionys.
NA } quamquam aliqui apud Varronem Tiberis nomen
antiquum esse putent, Latinum autem esse Albulam:
lintrium est capax penè ad fontem, maiorum nauium
Romam vsque: de eius inundationibus & earum cau-
sâ, multa Romanæ historiæ.

AN- } ANIO enis, licèt hunc *Ανιῶνα* vocet Polybius, & *Anio-*
TI- } *nis* sæpe Frontinus dicat; tres lacus amœnos defe-
rens, qui nomen dedere Sublaqueo ex montibus

- Trebanorum ortus ait Plinius : hodie *Tenevone*.
 QVI } Almo Fluuiolus vbi lauabatur Mater Deorum quotan-
 nis Kal. Aprilis : hodie *Accia*, & *Acqua d'Accia*, ab in-
 LA- } colis *Acqua-taccia*, inter templum D. Pauli, & portam
 Trigeminam.
 TII } Aqua Crabra, Ciceroni Aqua Tusculana : hodie *la Ma-*
rana ; defluens fluuiolus inter *Frascati*, & *Rocca del*
Papa.
 Numicius Fl. hodie *Numico*, in quo cadauer *Aeneæ*
 repertum. Ex eo tantum licebat libare Vestæ.

NVM. 2. *Rutuli*, hodie la partie Maritime de la Champagne de Rome, entre le Fl. Numico, & Capo d'Antio.

RVTVLI illi sic coniuncti sunt cum antiquis Latinis, vt sit admodum difficile eos ab se inuicem diuellere ; ab his orti sunt *Saguntini* in Hispaniâ, vt astruunt *Linus*, & *Silius*.

- VR- } ARDEA sic dicta, quod Ardeæ auis augurio condita sit ;
 BES } hanc Troiam nouam dictam esse quidam malè pu-
 rant : hinc quoque Camillus exulauit : ad eam fon-
 RV- } tes Ardeatini admodum salutares : hodie eius rudera
Ardea.
 TV- } Aphrodisium, seu Templum Veneris, ad quod Latini
 suos conuentus agebant : perierat iam Plinij ætate : si-
 tum erat circa oppidum *S. Anastasie*.
 LO- } CASTRVM INVI Virgilio, incolæ Castrani : Inui hoc est
 RVM. } Panos, seu Ephialtes, Latinè incubus, malè confun-
 ditur cum castro nouo in Tuscis : situm erat inter *S.*
Anastasiam, & *Capo d'Antio*.

NVM. 3. *Volsci*, hodie vne grande partie de la Champagne de Rome depuis *Pasiano*, *Velitri*, *Capo d'Antio*, & quelque peu de la terre de labour.

- VR- } ANTIVM patria Neronis, & Caligulæ, Volscorum vrbs
 nobilissima *Dionys. lib. 6. & 8.* caput Volscorum *Li-*
 B E S } *uio*, celebris victoriâ Romanorum, vnde *Rostra* lo-
 cus vbi fixa *Rostra Nauium Antiatarum* V. C. an.
 416. Hic fuit templum *Fortunæ* celebre, & *Hadriani*
 Imp. hodie *Antio Rouinata*.

M A- Nauale Antiatum, cuius meminit Dionys. lib. 3. Ceno apud Liuium dici videtur appositum ostiis Fl. Loracinae, hodie *Lor*: est igitur hodie *Nettuno*.

RITI- CIRCAEI, olim Colo. tempore Strabonis πολίχριοι, Homero credita est Insula ait Plinius, nunc in planitie, dictaque fuit *Æxa*, sed aggesta continenti fluuio- rum limo, ait Theophrastus. Hanc Scholiastes Apol- lonij absurdè Tyrseniam vocat; locus eius hodie di- citur *Ciuita Vecchia*. Hic etiam Elpenoris tumulus, lo- cus hominem referens ex Theophrasto: hodie pro- pe oppidum *S. Felicitatis*. Cluuerius non aliam ob causam creditam Insulam putat, quàm ob Pompi- nas paludes. Iuxta Circeium Pro. hodie *monte Circello*.

M Æ TERRACINA, & Tarracina, & Terracinae, cum portu quem refecisse Antoninum Pium tradit in eius vitâ Spartianus; olim Trachine dicta ob saxi asperitatem cui insidet; linguâ Volscorum Anxur dicta Plinio. Hic colebatur Iupiter Anxurus, quasi ἀνευ ξυρῆ, sine nouacula, quia numquam barbam posuisset, hodie *Terracina*. Circa eam Galli Imp. villa, & locus Lautu- læ: hodie *Castello*.

VOL- Feroniæ lucus cum fonte, & templo: hæc fuit vxor Iouis Anxuri. Ita dictam innuit Dionys. lib. 2. à Spar- tanis tempore Lycurgi eò delatis ἀπὸ τῶ φέρειν ἀπὸ τῶ πελάγους. Quidam Proserpinam putant. In hoc templo serui Pileum fuebant, vnde Dea libertatis dicitur: hodie locus dicitur *Torre de Leuola*.

SCO- RVM.

VRBES SVESSA POMETIA: hodie omnino periit; ad discrimen Suef- sæ Auruncæ incolæ dicti Pometini, & Pometij, capta est tempore Tarquinij Prisci. Eam vocat Strabo μητρόπολιν Volscorum, Dionysio est ὡσπερ ἡγεμῶν τῶ ἔθνης: rectè, nam Antium erat gentis caput.

Velitræ: hodie *Belitri*, & *Belletri*, vbi natus est Octavianus Augustus, incolæ Velitri, & Veliterni: de hac vrbe vi- de apud Suetonium plurima.

Norba: *Norma*; vbi Pœni tenuerunt obsides suos.

Signia: *Segni*; Colonia à Tarquinio ducta.

GGgg iij

SACRIPORTVS : circa oppidum *Paliano*; nam locus hic erat inter Signiam & Præneste memorabilis prælio inter Marium Iuniorem & Sullam

SETIA Col. *Sezza* : eius vinum cæteris Augustus antetulit, ait Plinius.

Sulmo; locus *Sermoneta*, ruinæ etiam periere.

PRIVERNVNVM : *Piperno*, incolæ Priuernates Colo antea Præfectura : de Priuernatibus, & quam pacem optauerint à Romanis, lege Liuium lib. 8.

Marcus collis prope Lanuuium ad Orientem, de quo sæpe Liuius : *nunc quid sit ignorant indigene*.

CORIOLI perierant iam tempore Plinij; ab his captis dictus est Coriolanus : iuxta Aricium, & Ardeam; *sed ubi nescitur*.

FORVM Appij, incolæ Forappi, locus differtus nautis, cauponibus atque malignis Horatio; sic dictum ab Appio dum viam sternit : situm erat circa *S. Donato*.

Tres Tabernæ : hodie *Cisterna*; harum Acta Apost. meminere : fuerunt tria diuersoria simul iuncta, ait Zosimus.

FRVSINO : *Fraselone*; incolæ Frusinate ad Fl. Cosam Straboni; Liuius ait eos sollicitasse Hernicos, igitur non erant Hernici.

Fregellanum, Fregellæ, & Fregella; hodie *Ceperaro*; ad Lirim Fl. Straboni, à Samnitibus dirutum, reparatum à Ro. & postea euerfum.

Fabrateria : *Falwatera*, & *Faluatera*, incolæ Fabraterrij. Duplex fuit Antiqua, & Noua; hæc nullius nominis.

AQVINVM : *Aquino*, vrbs magna Straboni ad Fl. Melpim.

Interamna Lirinas cognomine, incolæ Interamnani Lirinates cognomento Succufani; vestigia eius visuntur prope *ponte Coruo*.

CASINVM, & Cassinum, quasi forum vetus à voce Sabinâ, seu *Oscâ Cascar* antiquius, vltima Latinorum Straboni : hodie *monte Cassino*. Iuxtà erat villa M. Varronis.

Atina : *Atino*; à morbis dicta, quæ Græcis *ἀραι* Seruio, sed eam malè collocat in Pomptinis paludibus.

ARPINVM, incolæ Arpinates, Municipium, & Præfectura : *Arpino*, patria Ciceronis & Marij. Iuxtà fuit fundus Ciceronis Arpinas dictus, & Villa Q. Ciceronis appellarum

Arcanum : hodie *Arco*.

SORA : *Sora*; Græcis Σαῦρα Col. Ro. cùm Samnitibus cœpta esset : apud Strabonem ab eâ non procul Liris oritur.

LIRIS : de *Cariglian*, aliter *Scafati* à *scaphâ*, per quam transitur; amplissimus, & limpidissimus in quem Claudius Fucinum lacum immisit, de quo vide Suetoniũ.

FLV- IN LIRIM { Cofas Frusinonem lauans, hodie *Piscia*
VII CADUNT { Leandro.
MINORES { Trerus Fabrateriam alluens : *Trero*.
FLVII { Melpis : hodie *Melfa*, & *Mele*.
VOL- { Fibrenus : *Fibreno*, eius meminit Tullius, &
ait Lirim reddere gelidiorẽ.

SCO- ASTVRA Fl. & Insula, in quâ fuit villa Ciceronis, teste Plutarcho; dictus est aliter *Stura*, Festo: hodie *Astura*, & *Stura*.

RVM. Nymphæus : la *Nympha*.

VEENS, & Decennonius, *Anfento*, } Hi maximè Pompti-
seu *Bandino*. } nas paludes effi-
Amasenus : *Toppia*. } ciebant.

PA- ALITER Pomptinæ; sic dicta quasi Pometina, à Sueffâ
LVS Pometiâ ait Festus. Hanc paludem siccare medita-
POM- batur Iulius, præstitit Augustus; per hanc quoque
PTI- Traianus viam saxo stravit. Siccata iterum sub Theo-
NA. doro apud Cassiodorum, vbi palus Decennonij di-
citur : certè meminit Fl. Decennonij Procopius, de
quo suprâ. De *Insulis* postea capite decimo.

N v m. 4. *Aurunci*, hodie la partie de la terre de Labeur depuis Terracine, iusques vn peu au delà du Cariglian.

ORA Spelunca villa : hodie *Sperlonga*; vbi Tiberius adiit discrimen, seruatus à Sciano; Prætorium dicitur apud Suetonium.

MA- AMYCLÆ deleræ à serpentibus, aiunt Varro, Plinius, Seruius; à Laconibus conditæ, à Pythagoreis cultæ, qui quia non occidebant serpentes ab iis exterminati sunt : quare à Virgilio Tacitæ Amyclæ dicuntur : hæc frequens vipera & insanabili morsu : olim ab illis

- dictus sinus Amyclanus, qui & Caietanus, & Formianus.
- RITI- CAIETA vrbs & Prom. à nutrice Æneæ, aut à Græco *Kajev*, quòd hîc Æneæ classis incensa sit; Leander à Laconibus dictum, ait à curvitate, quoniam hi *curva* vocant *Caietas*.
- MA Formianum villa Ciceronis, dicta & Caietana, medio itinere inter Caietam, & Formias, certè Valer. Max. ait Cic. casum in villâ Caietanâ: hodie *la villa di Cicerone*.
- AV- FORMIA Municipium, Laconum opus Straboni lib. 5. sic dicta quasi *ὄρμια*, quia hîc crebræ stationes; Lestrygonum ciuitas fuit, quia hanc *Λεστρυγονίην* vocat: item quoque Lami vrbs, & domus Antiphatis apud Homerum dicitur, vt probat Cluuerius: hodie *Mola*.
- RVN- MINTURNÆ Colonia, & Minturna paulò supra Liris Fl. ostia, vbi rudera vrbs ostenduntur: malè dicitur hodie *Traiecto* in collibus ex aduerso illorum ruderû.
- RVM. Ad eam paludes Minturnenses in quibus delituit nudus Marius 7. Consul; item & lucus Maricæ, quam aliqui Venerem arbitrantur.
- CON- FVNDI, Municipium & Colonia in Agro CÆCVBO ad lacum Fundanum: hodie *Lago di Fundi*, vrbs ipsa *Fundi*. Ager autem ille Cæcubus licet palustris fert vinum generosissimum; dulce est & Albano crassius ait Dioscorides; hoc Lestrygoniam amphoram, flexu poëtico cecinit Horatius.
- TI- Vescia oppidum, & Vescinus ager, incolæ Vesciates & Vesciani: extendebatur ille ager inter *Molam*, & Minturnæ rudera; sed *locus Vesciæ vrbs non potest assignari*.
- NENS Aufonia quoque vrbs, cuius meminit Liuius, *vbi fuerit ignoratur*.
- AV- MASSIVS mons huc quoque ex parte spectat: hodie *monte Dragone*.
- RVN- Item & LIRIS Fl. de quo suprâ in Volscis.

NUM. 5. *Hernici*, hodie les territoires d'Anagni, & d'Alatro, en la Champagne de Rome.

VR-
BES { ANAGNIA caput Hernicorum: hodie *Anagni*; incolæ Anagnini; Græcis etiam Anagnates; Diues à Virgilio, Cerealis Silio dicitur.
ALATRIUM: *Alatro*; aliter Aletrium Colonia, & Municipium, cuius incolæ Alatrinates.
HER-
NI-
CO-
RVM. { FERENTINUM: *Ferentino*, & corruptè vulgò *Florentino*; fuit olim Volscorum, sed iis creptum est ab Hernicis, quâ de re Volsci apud Liuium conqueruntur.
Verulæ, Floro Veruli, Colonia, à Nerua Imp. illustrata: hodie *Veroli*.

NUM. 6. *Aequi*, seu *Aequicoli*, hodie partie de la Champagne de Rome, autour de Subiaco, & à la source du Teuerone.

VR-
BES
ÆQ-
VORVM, seu
ÆQ-
VICVLORVM. { ALGIDVM oppidum, & mons Algidus, Romæ primordiis locus vterque clarus: hodie *l'Ostera* dicitur Cluuerio. Monti adiacet sylua eidem cognominis retinens reliquias veteris nominis *selua dell' Aglio*; incolæ Algidenses dicebantur.
Corbio, Romanis tradita ab Æquis victis, & diruta à M. Horatio Puluillo V. C. an. 297. vrbs hæc sita erat supra Algidum.
VITELLIA Colonia, vnde Vitellij Imp. maiores, olim ab Æquis per prodicionem occupata: Colonia peruetus erat paulò supra *Corbionem*.
TREBA: hodie *Trena*, & *Trene*; in Itinerario Trebulæ, Colonia, quam aliqui dictam volunt Augustam; huic montes vicini Plinio dicuntur Trebani, vnde oritur Anio Fl.
VALERIA, aliter VARIA: hodie *Vico-Varo*, ad Anienem Fl. Marsi tribuitur apud Anastasium, quia hoc æuo latius sumebatur nomen Marforum.
Carfeoli: *Arfuli*; à scriptoribus mediæ æui Carfulis, quâ vrbe Romani utebantur pro custodiâ nobiliorum, & triumphatorum.
SVBLAQVEVM villa, seu Sublacensis Neronis, à tribus lacubus sic dicta vt ait Plinius, qui Sambriui, vel Sambriuij dicuntur; postea idem locus dictus est Sublacus, quò secessit S. Benedictus antequam Cassinum peteret: hodie *Subiaco*.
Parall. Geogr. Tom. II. HHhh

CAPVT VII.

De Sabinis, & Samnitibus prole Sabinorum.

§. I. *Historica Sabinorum descriptio.*

N V M. I. *Nomen Sabinorum.*

HVIVS nominis etymologiae triplex ratio profertur :
Prima est Festi atque Plinij, qui à cultu Deorum sic dictos esse arbitrantur, Ἰπὸ τῆς σέβειδος.

Secunda est Portij Catonis apud Dionys. lib. 2. à Sabino filio Sanci genij huius regionis, qui aliter dictus est Medius Fidius, & à quibusdam creditur Hercules. Hunc filium Sanci Silius Italicus Sabum vocare videtur.

Tertia est Catonis & Gellij quos Seruius citat, qui Sabinos dictos volunt à Sabo duce Lacedæmonio, nam Sabini ad Spartanos originem suam retulere, vt mox dicemus.

N V M. 2. *Origo Sabinorum.*

DE origine Sabinorum in opiniones aliquot scriptores antiqui distracti sunt.

Prima est Plutarchi in Numâ, Dionys. Halic. lib. 2. qui Sabinos Lacedæmonios origine faciunt, & primùm venisse ad campos Pometinos, & inde profectos sese indigenis permiscuisse credunt.

Secunda est Zenodoti Træzenij apud Dionys. loco citato dicentis, Umbros esse, & à Pelasgis expulsos venisse in hunc agrum, & Sabinos dictos esse.

Tertia est Strabonis libro 5. ὠπὸνδρονας esse, & Opicæ gentis, vt sub initium huius libri diximus, & cum Opicis communem linguam habuisse.

N V M. 3. *Politia Sabinorum.*

PELASCORVM plerique in Sabinos transisse videntur, itaque eò pertinent quæ suprâ de Pelasgis obseruauimus apud Dionys. lib. 1. Sabini ex Amiternâ vrbe profecti Listam Aboriginum urbem cepisse dicuntur. Ad tempora vsque Romuli quomodo vixerint

incompertum. Tum autem in singulis propemodum urbibus Reges, quorum aliqui victi & cæsi à Romulo, bellis inter utrumque populum exortis ob raptas virgines Sabinas. Tum supra reliquos eminebat Tattius, qui pace compositâ cum suis Romam migravit, unde dicti Romani Quirites à Curibus vrbe Sabinorû, vt quidam autumant. Reliqui interim quievere, sed sub Tullo Hostilio, Anco Marcio, Tarquiniis Prisco & Superbo deuicti sunt; immo & sub Coss. diu Romanis restitere, & cum iis *οὐκ ὀπισθεύον* semper contendere: quantum autem cladis acceperint à Curio Dentato leges apud Florum lib. 1. cap. 14.

N V M. 3. *Fines Sabinorum.*

Si populi omnes ex Sabinis oriundi vnâ regione coercendi essent, iis & Picentes & quidquid inde populorum est (præter Volscos, & Latinos) ad extremam vsque Italiam, & fretum Siculum continerentur.

Sed recentes & veri Sabinorum hi limites fuerunt; ab Occidente Tiberi dispescuntur ab Etruscis; à Septentrione Nare Fl. & lineâ ducta ab vrbe Narniâ infra Oriculos ab Umbris separantur: à Meridie à Latinis Aniene Fl. & mōtib; secundum Anienem procurrentibus: ab Oriente denique à Marsis Telonio Fl. à Vestinis & Pelignis, radicibus Orientalibus Apennini.


§. 2. *Geographica Sabinorum descriptio.*

N V M. 1. *Sabini trans Velinum, hodie vne partie du Duché de Spolete, & vne partie de l'Abruzzo vltérieure.*

V R-	REATE Græcis Πέατος Ciceroni & Festo Præfectura: vrbs dicata erat magnæ Matri. Huius tractus Asini laudantur à Plinio & Tullio, quod eorum vngulæ durentur aquis: hodie <i>Rieti</i> . Nursia: hodie <i>Norsia</i> , & <i>Nurcia</i> , frigida Maroni, vel ob venena, vel ob scelera. Vespasiæ non procul à Nursiâ; villa Vespasianorum, unde & eis nomen: <i>disparuit</i> . AMITERNVM, scriptoribus medijs xui Amiternus, inco-
B E S	
SABI-	
N O-	

H H h h ij

- la Amiterni: eius rudera visuntur non procul à fonte Aterni, ad vicum *San Vittorino*.
- RVM } Foruli rupes, ad rebellionem quàm ad habitationem aptiores, eius incolæ Forenses: locus erat inter Cutilias & Amiternum, *quo loco nescitur*.
- TRĀS } PALANTIVM, & Pallanteum, vnde pars Romæ dicta, ab Euandro & Arcadibus conditum 25. stadiis à Reate, sic dictum à Palanteo in Arcadiâ, sed desertum ob cæli gravitatem ex paludibus Reatinis, situm erat Cluuerio teste, vbi nunc vicus *Polegia*.
- VELI- } Forum Decij corruptè in Tab. Itin. Ferocri, & Forum Esij: hodie *Civita Real*.
- NVM. } CVTILIÆ; item Cotyle, & Cotylia, de quâ in lacubus: hîc mortuus Vespasianus Imp. propemodum stans. Vrbs erat Aboriginum, & ad eam Pelasgi confederunt: hodie nomen seruat *Cotyla*.
- FLV- } VELINVS, per Velinum lacum transmeans, & Sabinos diuidens Plinio: hodie *Velino*. Eius ostium laxavit Curio, vt faciliùs in Narem Fl. deflueret.
- VII } Truenti fontes: *Tronto*.
Aterni fontes: *Pescara*.
- LA- } VELINVS à Græcis ἑλία Latinis Velia, vbi multæ paludes quas efficit Fl. Velinus, quarum hæc præcipua est: hîc colebatur Velinia in Luco, à quo iam seruat nomen *Lago Piè di Luca*.
- CVS } Reatinus, seu paludes Reatinæ, quarum aquas indurare vngulas iumentorum Tullius, & Plinius tradunt: hodie *Lago di Rieti*, & alij aliquot lacus vicini.
- TRĀS } CVTILIENSIS, Umbilicus Italiæ, in quo Insula fluitat, de quâ in Admirandis; hæc visâ Pelasgi ex Oraculo sibi quiescendum esse hîc putauerunt, & pacem cum indigenis ferierunt: hodie nulla Insula, lacus dicitur *il Pozzo Rattignano*.
- VELI- }
NVM. } NVM. 2. Sabini cis Velinum, hodie Sabio.
- VR- } CVRES Græcis Κῦρες caput olim Sabinorum, vnde & Sabini dicti Cures, & postea Quirites Romani, vt aiunt Columella, Plutarchus, Seruius, &c. sic dicta,



VELINI FIVVII DESCRIPTIO

SABINI
 ET
 FORVM
 PROLES

MONTISLUCRETII
 LIS DEINEATIO

36.30
 42
 43
 44
 45
 46
 47
 48
 49
 50
 51
 52
 53
 54
 55
 56
 57
 58
 59
 60
 61
 62
 63
 64
 65
 66
 67
 68
 69
 70
 71
 72
 73
 74
 75
 76
 77
 78
 79
 80
 81
 82
 83
 84
 85
 86
 87
 88
 89
 90
 91
 92
 93
 94
 95
 96
 97
 98
 99
 100

- vel à genio qui Mars creditur, aut Medius - Fidius,
 vel ab hastâ quæ linguâ Sabinâ Curis, vt Dionys. ho-
 die Monasterium *il Viscouia di Sabina*, hoc est Episco-
 patus Sabinensis, in Tabulis nouis corruptè *Vifconio*;
 non procul à Fl. Himella: meminuit Curium Sabino-
 rum S. Gregorius Magnus in epistolis, vbi eius Eccle-
 siam sub nomine S. Anthimij committit Episcopo
 Nomentano.
- NO- REGILLVM, vnde Appius Claudius venit cum magnâ
 clientum turbâ, ad hanc lacus Regillensis ad quem
 pugnans Postumius Dictator Latinos vicit, & dictus
 est Regillensis: hodie *locus ostenditur 5. mill. à Tiberi Fl.*
 RVM Eretum, ad quam urbem via Nomentana incidit in Sala-
 riam Straboni: eius ager glandibus abundat; hodie
 CIS *Monte Ritondo.*
 Casperia à Caspiriâ vxore Rhæti: sita erat ad fontes Hi-
 mellæ fluuij; hodie *Aspra*, vbi visuntur rudera magnæ
 VELI- urbis: hanc Silius Casperulam vocat.
 CRVSTVMERIVM, & Crustumeria, incolæ Crustume-
 rini, & Crustumini; sic dictum vel à Crustâ panis
 NVM. quam edere Troiani, vel à Clytemnestrâ vxore cuius-
 dam Siculi, sic Seruius citans Cassium Heminam; ho-
 die *Marcigliano Vecchio.*
- MON- LVCRETILIS: hodie *Mons Libretti*; postea Lucretius
 TES apud Anastasium in vitis Pontificum; ad eum Vstica
 Horatij villa.
- SABI- SACER MONS, quò facta est secessio plebis Romanæ,
 NO- quæ & dicta est Crustumerina à vicino oppido: hodie
 RVM collis vbi situm *Castellum S. Syluestri.*
 CIS CORNICVLI montes iuxta Corniculum, hodie mon-
 VELI- tium tractus inter *Turrem Vergaram*, & fanum sanctæ
 NVM. Margaritulæ *S. Margaritella.*
- ANIO: *le Tenerone*, de quo in Latio diximus.
- FLV- Albula, & Albulæ aquæ, medentes vulneribus ait Pli-
 nius, exque egelidæ; huius fons maior dicebatur Al-
 VII bunea; hodie fluuiolus vocatur *Solphorata*. Erat hic
 Musarum, seu Camœnarum sedes, & locus Sibyllæ
 Tiburtinæ.

- SABI- } Auens, à quo volunt aliqui dictum montem Auentinum, sic Seruius ad 7. Æneid. hodie Curesius dicitur *Curese*.
- NO- } Telonius ex Marfis fluens, à scriptoribus medij æui dictus Tolenus, cadit iuxta Reate in Fl. Velinum: hodie *Turano*, ; ad hunc Rutilius cæsus à Marfis.
- RVM } Fabaris, seu Farfarus, nam utroque modo dicitur: hodie *Farfa*.
- CIS } Allia clade Romanorum celebris, Lucano Alia primâ correptâ, hodie *Caminato*, aliter *Rio di Mofso*, hoc est
- VELI- } Mortis, ait Leander.
- NVM. } Himella Cures alluens: hodie *Aia*, seu *Lala*.
- FONS } BLANDVSIA fons Horatio celebratissimus & eius villam Vsticam alluens, ex radice montis Lucretilis existit, hodie *Monte Libretti*: Is fons postea cadit in Digentiam Fl. hic in Mandelam, ille in Auentem. Ad hunc Vacunæ fanum, seu Sacellum, quam aliqui putauere Dianam, alij Cererem, alij Victoriâ deam vacationis, alij denique Mineruam, seu Sapientiam, quia Sapientes maximè vacare debent.

NVM. 3. *Urbes Sabinorum & Latinorum dubie assignationis, partie de Sabio.*

- ANTEMNA, & Antemnæ, sic dictæ quasi ante amnem positæ Varroni, ergo cis Anienem, locus primo bello Romanorum celebris: *vbi fuerit nescitur*; incolæ Interamnates appellabantur.
- CÆNINA, incolæ Cænitæ, & Cæninenses, cuius rex cæsus à Romulo prima spolia Ioui Feretrio suffecit: *situs eius ignoratur*.
- COLLATIA, incolæ Collatini, vnde Lucretiæ maritus. Sic dicta quia condita ab aliis ciuitatibus eò opes suas conferentibus, ait Festus; hodie *Vicus S. Agnetis*, corruptè *S. Agnese*.
- FICVLNEA cognomento vetus, aliter Ficelia, & eius ager Ficulensis; ab hoc agro via Nomentana dicta quoque Ficulensis Livi: vrbs hæc sita fuit ad *Castellum S. Clementis*.
- NOMENTVM: hodie *Lamentano*; vrbs antiqua Lomentum postea dicta: de eius etymo ignari nugari solent.
- FIDENÆ, & Fidena, incolæ Fidenates in Ro. historiâ celebres,

non procul ab Anienis, & Tiberis confluentiis Latio. Tempore Tullij florebat, Horatij deficiebat: Strabo ait sua ætate tantum villam fuisse, quomodo ergo eodem tempore sub Tiberio casu theatri tot hominum millia obruti sunt?

Corniculum vnde montes Corniculani, situm *ad turrem Vergatam.*

§. 3. *De Samnitibus qui proles Sabinorum dicuntur, Historica.*

HIS complectimur Picentes (& ab iis decerptos Picentinos, de quibus in Campaniâ) Vestinos, Marrucinos, Frentanos, Pelignos, Marfos, Samnites propriè dictos, & eorum consanguineos Hirpinos, quos omnes ex Sabinis oriundos disertissimè Strabo asserit.

NVM. 1. *De Picentibus, seu Piceno.*

NOMEN. Olim dicebantur Picentes, modò Picentini; sed ex quo Picentini in agro Campano collocati sunt ad mare inferum, hi desierunt appellari Picentini; apud Stephanum perperam Piciantes nominantur, ab aliis etiam Paciantes. Regio autem modò ager Picenus, modò Picenum dicitur, Appiano Πικηνὸς ἄγος, Straboni Πικερτίνη.

ORIGO. Picentes orti sunt à Sabinis; sic Strabo, & Plinius: inde emigrarunt in hæc loca aue Pico eos deducente, inquit Strabo lib. 5. Festus ait eorum vexillo Picum aue insedisse. Silius tamen putat hanc Coloniam deduxisse Picum Regem: ex eâ autem regione Siculos & Illyricos depulerunt. Reperiuntur tamen aliqui apud Festum Pompeium qui Picentes accersant ex Illyrico, & inde dicant profectos sub hospitiiis regis sui Volsini, cui cognomen Lucullo fuit; eius autem nepotes fuisse Pacinum & Pelicium à quo Picentes, & Peligni vocibus nonnihil detortis appellati sunt.

QUALITAS. De agri huius fertilitate vide Strabonem lib. 5. Lini-um 22. Florum lib. 1. cap. 14. fuit autem hæc regio tam populosa, vt scripserit Plinius lib. 3. cap. 13. anno V. C. 485. trecenta septuaginta millia Picentium in fidem populi Romani venisse.

FINES. *Ab Oriente mari supero Picenum cluebatur; ab Occidente Æsi Fl. & lineâ ab eius medio ducta ad montem Fiscellum, quibus*

bus ab Umbriâ distinguebatur; à *Septentrione* mari quoque Supero ringebatur; denique à *Meridie* fluius *Marrinus Atri*, hos à *Vestinis* disiungebat.

DIVISIO. Picenum aliud est Verum, aliud Adiectitium: tres autem agri additi sunt Piceno, *Palmensis*, *Prætutianus*, & *Hadrianus*.

PALMENSIS AGER, cuius mentionem facit Plinius, ut Cluuerius arbitrabatur extendebatur à Truento fluuiio *Tronto* ad Heluinum Fl. hodie *Salineli*: sed iam pridem accesserat Piceno: expulsis ex eo Liburnis: & eius extare vestigia putat Cluuerius in turre maritimâ, vulgò *Torre di Palma*.

PRÆTUTIANVS, aliter Præcutinus, & Præcutius, ut vult Leander, vnde vina Prætutiana Plinio. Hic autem ager sicut & subsequens à Piceno distinctus erat, nam Lilius post agri Piceni mentionem ait subsequi agros Prætutianum, & Hadrianum.

HADRIANVS ab Hadriâ vrbe nomen accepit, quam suspicor fuisse Coloniam Etruscorum qui ad Padum accolebant, & hic ager quemadmodum & præcedens tantum sub Imperatoribus adiecti sunt Piceno.

NVM. 2. De Vestinis.

NOMEN. Suidas Βεστίνος appellat, & sic dictos esse credit ob ferinos, & belluinos mores ἔθρος θηελώδες τὸν τρεβρον.

ORIGO. Quænam fuerit eorum origo dubitatum à quibusdam. Samniticam gentem vocat Strabo; alij tribuunt illis genus Illyricum. Vestini fuere fortissimi, seu cum prima gessere bella cum Romanis, seu eos sequuti sunt ad orbem edomandum, seu cum bello Marsico tam fortiter cum aliis locis pugnaere.

FINES. A *Septentrione* *Marrino* Fl. diuiduntur à Piceno; ab *Occidente* *Aterno* Fl. à *Marsis*; ab *Meridie* eodem *Aterno* *Pescara* à *Pelignis*, & *Marrucinis*: ab *Oriente* denique *Supero* mari verberabantur.

NVM. 3. De Marrucinis.

NOMEN & ORIGO. Aliter *Maruncini*, corruptè *Appiano* *Maurocini*: à *Marsis* nomen habent sic loquente *Catone*, *Marrucini* de *Marsò* detortum nomen.

Parall. Geogr. Tom. II.

I Ii

FINES. *A Septentrione* Aterno Fl. dirimuntur à Vestinis; *Ab Occidente & Meridie* Pelignis; *ab Oriente* Frentanis, & Mari Supero.

N V M. 4. *De Frentanis.*

NOMEN & ORIGO. Gens Samnitica, inquit Strabo lib. 5. vtrùm autem dicta sit à Fluuio Frentone hodie *Fortore*, an hic ab illis, statui non potest; corruptè Ferentani aliquando leguntur.

FINES Frentanorum *ab Occidente* sunt Peligni, & Marrucini; *ab Oriente & Septentrione* Mare Superum; *de Meridie* maior difficultas, ob varias discrepantésque sententias. Nam Plinius lib. 3. cap. 11. Larinates vocat cognomine Frentanos, quod & facit Tullius oratione pro Cluentio: tamen Plinius oblitus sui, & Mela Fl. Tifernum, hodie *Biferno* Frentanorum limitem statuunt. Quæ vt conciliet Cluuerius putat Frentanos olim ad Frentonem extensos, quod ex nomine satis colligitur, postea Tiferno Fl. à Romanis coërcitos esse. Cæsar autem lib. 1. de bello ciuili Frentanos, Larinates, Apuliam à se inuicem distinguit, cum ait, *se peruenisse per fines Marrucinarum, Frentanorum, Larinatum, in Apuliam.*

N V M. 5. *De Pelignis.*

NOMEN Pelignorum apud Græcos miserè deformatum est: nam Diodorus Sic. eos Palinius, & Pallinos vocat, Appiano Μαγλινοι sunt; hos Festus putat dictos esse à Pelicio nepote Volſini Luculli.

ORIGO. Credit Festus origine Illyrios esse, & venisse Pelicium cum auunculo suo Volſino cognomine Lucullo in hanc regionem. Alij tamen vulgò Samnites appellant.

FINES. *A Septentrione* separantur Aterno Fl. à Vestinis: *ab Oriente* Marrucinis, & Frentanis: *à Meridie* Sagro Fl. *Sangro*, seu *Sanguine* à Samnitibus: denique *à Meridie* Marſos conteminos habent.

N V M. 6. *De Marſis.*

NOMEN & ORIGO. A Marro Marſi nomen accepisse perhibentur, qui dux eorum fuit, & de suo nomine Marrubium generis caput condidit. Alij volunt à Marſyâ Phrygum rege dictos esse,

& hinc multa fabulosè comminiscuntur, quæ apud Solinum, & Seruium leges; sicque Phrygas origine eos credunt esse. Alij denique vt Seruius à Circe prognatos malunt, & dictos Marrubios quasi ad mare vitam degentes, quia accolabant Fucinum lacum, *le lac de Celeno*, qui maris instar patet. Solinus autem tradit Medæ filium Marsis imperasse, & Seruius autumat Medeam hinc dictam esse *Angitiam*, quòd eius carminibus serpentes *angerentur*: certè vt ait Agellius familiæ Marforum quædam vim habent singularem contra serpentum morsus: addit Solinus gentem Marforum à serpentibus illæsam esse.

Quàm fuerint fortes Marfi arguit eorum factum bello Sociali, quando cæteris animosiores ad urbem castra posuerunt; cùm edixit Sylla ne quis Samnis viuus caperetur, itaque eos exterminare ex Italiâ conatus est, quòd diceret quietam Italiam esse non posse, quandiu hi populi cohærent.

FINES. *Ab Oriente* separantur à Pelignis & Vestinis, ab his Aterno fluuio, ab illis lineâ ad Apenninum protractâ; à *Septentrione* Sabinis vicini sunt; *ab Occidente* Telonio Fl. *Turano*, ab iisdem Sabinis dirimuntur; à *Meridie* denique lineâ paulò infra Liris fontes ductâ à Latio separantur.

NVM. 7. De Samnitibus Veris, & Samnio.

NOMEN & ORIGO. Duxere originem à Sabinis, quod Strabo disertissimè tradit lib. 5. *A Sabinis originem ducunt Picentes, & Samnites, ab his Lucani, & ab his Brutij*. Porro Sabinorum corpus in duas partes diuisum est, pars versùs occasum retinuit nomen Sabinorum, alij in ortum extensi primùm dicti sunt *Σαβινῖται*, mox *Σαβιῖται*, Græcis *Σαυῖται*, vnde Samnites à Romanis appellati sunt. Plinius autem lib. 3. cap. 12. Sabellos à Græcis Saunitas appellatos ait esse; & nomine Sabellorum vtuntur Liuius, Maro, Horatius, & alij.

MORES & POLITIA. Bellicosissima fuit gens totius Italiæ, & quæ multùm negotij Romanis exhibuit. Florus ait eos humanis hostiis in perniciem urbis coniurasse, pugnasse saltibus, & montium fraude grassatos esse, 50. annis domitos esse (Liuius ait 70.) sic eorum vrbes dirutas esse, vt iam Samnium in Samnio quaratur, & materies 24. triumphorum. Caudinæ furcæ Romanæ

ignominia testes, quam postea tamen iidem Rom. Samnitum sanguine eluerunt, dedecore obruerunt: ait idem Florus cap. 16. lib. 1. ornatos fuisse armis aureis & argenteis, & veste discolori usque ad ambitum. Quid fecerint in bello Sociali diximus in Marfis. Cætera ex Liuiο reperes.

FINES. *Ab Occidente* separantur à Campanis Vulturno Fl. à *Septentrione* à Pelignis Fl. Sagro; *ab Oriente* à Frentanis & Apulis; à *Meridie* Hirpinis, & Campanis.

NVM. 8. *De Hirpinis.*

NOMEN & ORIGO. Consanguinei Samnitum fuere Hirpini, atque adeo pars: quare Strabo lib. 5. καὶ οὗτοι Σαμνίται; additque accepisse nomen à Lupo Coloniae ductore, quia Samnites Λύκον, ἱρπῶν appellant. Prima eorum mentio fit apud Polybium & Liuium in historiâ belli secundi Punici, tumque defecisse dicuntur ad Pœnos, cùm antea in bello Samnitico nusquam nominati reperiantur.

FINES. *Ab Occidente* Sabato Sabato Fl. separantur à Samnitibus, itémque ab eius fonte montibus procurrētibus à Campanis disiunguntur; à *Meridie* alio montium tractu à Picentinis; à *Septentrione* iugis Apennini à Samnitibus; denique *ab Oriente* Apulis sunt contermini.

§. 4. *Geographica Samnitum omnium descriptio.*

NVM. 1. *Picentes, seu Picenum, hodie parties de la Marche d'Ancone, & de l'Abruzzo Vltérieure.*

VERVM, seu
 ANCONA: hodie *Ancona*, nobis *Ancone*; à cubiti flexura nomen habet, condita est à Siculis, ideo Dorica à Iuuenali dicitur.
 Humana: hodie *Rouine di Humana*, non procul à *Sirolo*; à Siculis condita; Plinius & Ptol. Numanam vocant.
 PICENVM vrbs à Pico condita, *concidit*, eius ruinas indigenarum indicant non procul à *Firmo*, ad ostium fluuioli Letæ.
 POTENTIA Colonia Ro. incolarum Potentini, deducta V. C. an. 568. sita est ad Fl. cognominem *Potentia*, & hodie di-

ANTIQUVM
PICENVVM.

citur *Porto di Potentia*, aliter *Porto di Recanati*.

FIRMVM Colonia cognomento Picenum : *Fermo*; sub Imperatoribus Augusta Firma vocata est; meminit & Strabo Naualis Firmi, Plinius Castellum Firmani : hodie *Porto di Fermo*.

Tignium, cuius meminit Cæsar 1. de bello civili : hodie *S. Maria in Georgio*, ut putat Leander.

Cupra maritima, sic dicta à Cupra, seu Cypra Dea quæ est Iuno Hetruscis, ait Strabo : hodie *la Grotta*.

Cupra Montana : hodie *Ripa-Transone*.

ANXIMVM Colon. & Municipium *Osimo*, seu *Osimo*, Procopio Anximus, cui est gentis *μντῆς πόλις*, & Floro caput gentis.

Septempeda Municipium : hodie *San-Severino*, in Martyrologio Ro. ad Septempedanos.

Traiana : hodie *reliquæ di Traiana* in nouis tabulis; Leander tamen eam locat ad Ostium Fl. Potentiæ.

TOLENTINVM Municipium incolæ Tolentines : *Tolentino*. Cingulum à Labieno conditum, & suâ pecuniâ exædificatum, ut ait Cæsar : hodie *Cingolo*.

FALERIA, bello civili oppidum celebre, hodie *Faleroni*, vel locus ab eo disiunctus 2. Pass. Mil. hodie *Falera*, utrumque aiunt indigenæ.

RICINA Col. incolæ Ricinenses, aliter Heluia Ricina dicta in lapide, ex quo discitur ducta Col. à Septimio Seuero Imperatore: circa *Maceratam* sita erat.

ADIECTA

AGER PALMEN-
SIS, } ASCVLVM Picenum, ad discrimen Asculi Apuli,
pays autour } incolæ Asculani Tullio, ineptè Afclites Ste-
d'Ascoli. } phano : hodie *Ascoli*.
TRVENTVM vrbs ad Fl. cognominem, quæ vbi
sita fuerit ignoratur, aliquibus *il Porto d'Ascoli*,
aliis *Torre di Suguro*.

PRÆ-
TVTIAN-
NVS } Castrum Nouum Colonia Liuii, facta initio pri-
AGER, } mi belli Punici Velleio : hodie rudera vrbs
magnæ dicuntur *Flauiano*.

INTERAMNIVM, cuius oppidi auctor Augustus Cæsar, ait Frontinus, aliter Interamnia : ho-

- pays autour
de Têramo. } die Têramo, seu Têramo.
Belegra Ptol. incolæ Plinio Belegrani : hodie
fortè *Ciuitella*, ad Sabinelli ripam.
- P I C E N O . }
H A-
D R I A-
N V S
A G E R, } HADRIA : hodie *Atri*, ab Etruscis condita, facta
Colonia circa V. C. 463. cùm Curius Denta-
tus Samnites vicisset. Ex hac vrbe oriundus
erat Hadrianus Imperator, vt tradit in eius vi-
ta Spartianus. Vtrum autem ab eâ vrbe dictus
fit Sinus Hadriaticus quidam dubitant : af-
ferunt Tzetzes in Lycophronem, & Paulus
Diaconus in Longobardicis; sed vterque ma-
lè, vt doctè ostendit Philippus Cluuerius,
quem lege.
- FLV VII } Truentus : *Tronto*.
Heluinus : *Salinelli*.
Vomanus : *Vomano*, seu *Vmano*.
- P I C E }
M a t r i n u s : *Atri*, aliter *la Piomba*.
A t e r n u s : *Pescara*, iam dictus *Pescara* tempore Pauli
Diaconi. Apud Tullium corruptè dicitur *Atratus*;
& aliquando sanguine diffluxit, vt idem Orator
notat.
- N I . }
- N V M. 2. *Vestini*, hodie partie de l'Abruzzo Vltérieure, entre les
fleues de la *Piomba* & *Pescara*.
- AMITERNVM : hodie *Amiterno Rouine*; in historiâ Romanâ ce-
leberrimum, vt colligitur etiam hodie ex ruderibus : hinc ortus
Crispus Salustius historicus.
- PINNA : postea *Pinnæ*, incolæ *Pinnenses*, vrbs virens à Silio di-
cta ob loci amœnitatem : vulgè *Ciuita di Penna*.
- Angulus, Antonino Angelus, incolæ *Angulani* : hodie dicitur
Ciuita de Sant- Angelo.
- AVIA, incolæ *Auienses* Plinio : hodie *Aquila*, vnde in Martyro-
logio Romano legitur, *in Auiensi ciuitate in Vestinis apud Aquilam*.
- Aternum : *Pescara*; de quâ mox.
- N V M. 3. *Marrucini*, hodie le Territoire de *Chièti* en l'Abruzzo
Citerieure.
- THEATE, vnde incolæ *Theatini*, Straboni *Teaτiα*, & caput

Marrucinorum: hodie *Chieti*, vel *Tieti*.

ATERNVM: *Pescara*; sic dictum à Fl. cui adiacet commune Marrucinorum, & Vestinorum, immo & Pelignorum emporium, vt ait Strabo lib. 5. dicitur aliter Ostia Aterni; incolæ Aternenses, & Aternensis ager.

N V M. 4. *Frentani*, hodie partie de l'Abruzzo Citerieure, & de la Capitanata.

V R- B E S	{	ORTONA: hodie <i>Ortona</i> , Straboni Orton Frentanorum vt vocat <i>Ἐπίγειον ναυαλε</i> , prius eidem dicta Petra Piratarum, qui domicilia sua hîc ob naufragia constituebant, & in reliquâ vitâ belluas imitari ferebantur.
FREN- T A- N O- RVM.	{	HISTONIUM: hodie <i>Guaſto d' Amone</i> . ANXANVM, incolæ Anxani Plinio: vulgò <i>Lanciano</i> , & <i>Lanzano</i> ; certè ex eius ruinis condita. LARINVM: vulgò <i>Larina</i> ; municipij Larinatum sæpe meminit Tullius pro Cluentio. Cliternia: Cluuerio hodie <i>Campo Marino</i> .
F LV- MINA	{	SAGRUS: hodie <i>Sangro</i> , & <i>Sanguine</i> , Frentanos à Pelignis determinans, ait Strabo. Trinius, hodie <i>Trigno</i> .
FREN- T A- N O- RVM.	{	TIFERNVS: <i>Biferno</i> , tandem limes Frentanorum, & Apulorum constitutus. FRENTO: <i>Fortore</i> , primus limes Apulorum & Frentanorum.

N V M. 5. *Peligni*, hodie partie de l'Abruzzo Citerieure autour de Sermona, entre les fleuues de Pescara, & de Sangro.

CORFINIVM, gentis Pelignorum caput Straboni lib. 5. & Velieio lib. 2. hanc urbem Marſico bello, seu Sociali populi illi ſelegerant loco Romæ, & ITALICAM appellarant: celebratur quoque obſidione Domitij à Cæſare. Stabat adhuc anno 970. vt habemus ex Sigeberto. Tandem concidit, & ex eius ruinâ creuit vicinum oppidum Populium *Popolo*; Corſinij rudera oſtenduntur circa *Pentinia*, vt ait Leander.

SYLMO, nunc *Sulmona*, & *Sermona*, Straboni *Σύλμωνα* Ouidij

patria, vnde ille *gens mea Peligni regioque domestica Sulmo*: de eius conditore lege Silium lib. 9. quid passa sit à Sylla vide Florum lib. 3. cap. 21.

Superequum, vnde incolæ Superequani Plinio, aliàs Pelignorum caput: hodie *Palena*, in quo nomine quidam vestigia quærent nominis Pelignorum qui Paleni dicuntur apud Diodorum Siculum; sed nodum in scirpo quærent.

N V M. 6. *Marsi*, hodie partie de l'Abruzzo Ulteriore autour du lac Celano, iadis *Fucinus*.

V R- } MARRVBIVM, seu Marruuium caput Marforum: hodie *Mornea Cluerio*, *Marno Leandro*.
 B E S } ALBA FVCENTIS, corruptè Alba-Fucelis Ptolemæo: hodie *Albe*, seu *Albi*; Alba olim ἀπῶς dicta; incolæ Albenses & Albeses, vnde *Albesia scuta Festo*, sicque distincti ab Albanis *Albæ longæ*; à Romanis dicitur condita à Strabone, qui eam in scopulo locat ad lacum Fucinum, Liuius tantùm eam Rom. Coloniã facit. A quibusdam tribuitur Æquis, à nonnullis & Latio.

L A- } FVCINVS: hodie *Lago Fucino*, sed communiùs *Lago di Celano*, ab oppido ei appposito. Lycophon hunc Phorcen vocat: in eum Fl. Piconia influit, vt vocat Plinius, Pitonium Lycophroni, Sequestro Pitonium, hodie *Giouenco*, vt suspicor ex nomine quod ei *Leander* affinxit *Iuuenus*; quod ineptè substituit pro Plinij, *inuetus*. Hic fluuius emissus è Fucino mergitur, oriturque in agro Tiburtino, & Marciam aquam facit, vt ante diximus in aquæductibus Rom. Lacum illum an. V. C. 794. emisit Claudius Imp. in Lirim monte partim exciso partim effosso ad 3. pass. mill. hominum 30. millibus, totis annis vndecim laborantibus: de quâ emissione vide Suet. in Claud. Tacit. an. 12. Dionem lib. 40. Hunc iterum emisit Hadrianus, vt ait Spartianus. At iam hoc emissarium sic obturatum est, vt vbi fuerit nesciant indigenæ.

N V M.

N V M. 7. *Samnites proprie dicti, seu Veri, hodie partie de l'Abruzzo Citerieure, tout le Comté de Molisse, parties de la Capitanata, & de la terre de Labour.*

- VR- BENEVENTVM: *Benevento*, nobis *Beneuent*, antea *Maleuentum* Plinio; malè confunditur cum *Argyrippa*, quia vtraque condita à *Diomede*; item malè ab eodem Plinio collocatur in *Hirpinis*; dicitur & corruptè apud *Ptolemæum* *Statuentum*. Facta est Colonia an. V. C. 485. quando & dicta *Beneuentum*.
- VE- *Aufidena* memorabilis bello *Samnitico*: *Alfadena*. Hanc *Ptolem.* facit caput *Caracenorum Populorum* quos hîc intrudit: meminit *Zonaras* An. 2. castrî quod *Καρχαίνος* vocat, in quod narrat abegisse prædas suas *Lollium* quemdam *Samnitem*.
- RO- *Triuentinum*: *Triuento*.
- RVM BOVIANVM Colonia *Boiano*, ex quâ plus prædæ erutum quàm ex toto *Samnio* *Liuius* lib. 9. apud quem dicitur caput *Samnitium* *PENTRONVM*; facta est autem Colonia lege *Iulîæ*.
- SAM- *Triuentum*: *Molisse*, vt ex itinere *Coss. bene Clucrius* colligit.
- NI- *Æsernia* Col. incolæ *Æsernini*: *Isernia*.
- TIVM *Aliffa*, vnde ager *Aliffanus* *Liuius*: *Alif*.
Telefa Colonia à *Triumuiris* deducta: *Telese*.
 CAVDIVM oppidum: hodie *Aerola*, seu *Aierola* ad *Fl. Isclerum*; aliis vicus *Arpaia* minùs commodè.
- MON- TABVRNVS, ad dextram *Faucium Caudinarum*, etiam-
 TES num hodie *Tabor* nominatur.
- SAM- FVRCAE CAVDINÆ, aliter FVRCVLÆ ANGVTIÆ, du-
 NI- plices sunt, inter quas medius campus satis am-
 TIVM plus, & fertilis: hîc *Romani* sub iugum turpissimè missi sunt, & coacti iniquissimam pacem, dictam *Caudinam*, inire, de quâ *Liuius* & *Florus*: hodie locus inter oppidum *Aerola*, & *S. Agathe*, quem *Fl. Isclerus* secât.

Parall. Geogr. Tom. II.

KKkk

- FLV-
VII { Sabatus à quo populi Sabatini dicti, qui ad Annibalem
defecerunt: *Sabato*.
- SAM-
NI-
TIVM { Calor, cuius meminere Liuius & Appianus: hodie *Ca-*
lore.
Tamarus; *Tamaro*, in Calorem Fl. cadens: & hi iuncti
postea in Sabatum deuoluuntur.

NVM. 8. *Hirpini*, hodie la Principauté Ulterieure,
Principato ultra.

- ABELLINVM Col. ducta lege Sempronîa; *Auellino*.
Callifæ: hodie *Carife*, oppidulum.
Rufriæ, & Rufrium, Maroni Rufæ: hodie *Ruuo*.
- VR-
BES { TAVRASIVM, incolæ Taurasini, cuius incolæ ex Ligu-
riâ deportati sunt *in campos Taurasinos*; in his victus
Pyrrhus Epirota: malè Aurasini dicuntur apud Flo-
rum: hi autem campi extenduntur ad Beneuentum;
hinc pugna hæc dicitur conferta ad Beneuentum:
vrbs hodie *Taurasi*.
- HIR-
EQUVS TVTICVS, hoc est *Magnus*, vt interpretatur
Itiner. Hierof. Tuticum Ptolem. hodie *Ariano*.
Trinicum: *Treuico*, Horatio villa, *ni nos vicina Trinici*
villa excepisset.
- PI-
HERDONIA, seu Cerdonia: *Cerdogna*, ab Annibale in-
censa subductis incolis.
- NO-
Æculanum, incolæ Æculanenses Plinio, in inscript. Æ-
clanenses: *Fricento*.
Romula, & Romulea, seu Subromula, oppidum di-
ues; hodie *Bisaccia*.
- RVM.
Aquilonia, incolæ Aquiloni: hodie *Carbonara*.
COMPsa: hodie *Conza*, Annibali prodita: ad hanc ma-
lè Velleius ait cæsum esse T. Annium Milonem dum
eam oppugnat, nam verè in Thurinis ad Cassanum
cecidit.

- FONS { AVFIDI, *la source de Lofanto*, qui vnus ex flumini-
bus Italiæ Apenninum diuidit, & fecat, ait Poly-
bius.

LA-
CVS
HIR-
PI-
NO-
RVM.

AMPSANCTVS : hodie *Musti*, sub oppido *Fricento*: ad quem ædes *Mephitis*, ad eum qui propius accedit interimitur. Eius meminit *Tullius* 2. de *Diuinat.* de eo *Maro* 7. *Æneid.*

Est locus Italiæ in medio sub montibus altis, Nobilis & famâ, multis memoratus in oris Ampsancti valles, &c.

locus ille (ait *Seruius* ad hæc verba) ambiebatur colibus, & arboribus, vnde odor ille pestifer, qui accedentes interimebat: quare hîc victimæ non iugulabantur, sed huic loco admouebantur, & interficiebantur, eratque hoc litationis genus; de hoc in *Admirandis*.

CAPVT OCTAVVM.

De Campania.

HÆc est regio non *Italiæ* modo, sed toto *terrarum orbe* pulcherrima *plaga*, (ait *Florus*) quam *Philostratus* in *vita Apollonij* *Ἰταλίας εὐδαίμονα* vocat; *Plinio* *Felix & beata humanitas, & vno in loco gaudentis opus nature, &c.* de quibus mox plura in *qualitate* huius regionis.

§. I. *Historica Campania descriptio.*NVM. I. *Nomen Campaniæ.*

NOMEN habet ab vrbe *Capuâ*, quam *Capys Troianus* condidisse fertur, licet aliqui reclamant, & *Capyn* illum *Samnitum* dicant. Alij à *Capy*, seu *Falcone* linguâ *Tuscâ* dictam malunt, quæ vox *Falconem* sonat, quod augurio *Falconis* condita esset. Alij à quodam cui *eurui* pollices *pedum* essent, quos *Tusci* *Capuas* appellant, sic *Festus*. Alij, quod esset in *planitie*, seu *loco campestri*: alij denique, quod esset in *medio*, & *caput* 12. *urbium Campanarum*; ita *Eustathius*.

NUM. 2. *De incolis Campanie.*

CAMPANI origine sunt Samnites, sed ab hoc nomine recesserunt, inquit Strabo: qui addit hanc regionem quondam fuisse Ausonum, & Opicorum; Cumanos etiam eò appulisse ex Chalcide, item & Tuscos qui 12. vrbes condiderunt, quorum erat caput Capua. Hos autem mollitie diffuentes, & luxu eieetos esse à Samnitibus. Porro Campanorum nomen adsciuerunt sibi Samnites illi, vt ait Liuius V. C. 332. vt auctor Olympiadum Olym. 85. an. 3. Igitur V. C. 315. quod sequenti anno factum esse putat Diodorus Siculus. Quomodo autem illi populi pro Dionysio Sicilia Tyranno militarint, & occuparint perfidè vrbes aliquas, ex eodem Diodoro edisces.

NUM. 3. *Qualitas Campanie.*

AGER hic omnium fertilissimus Straboni πεδίων εὐδαιμονίστατον; Polybio nobilissimus ager Italiae καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν, καὶ διὰ τὸ κάλλος ob amantatem, & pulchritudinem, quod etiam ait Liuius. Apud Tullium ager Campanus dicitur Romanis annonæ perfugium. De eius fertilitate multa Strabo lib. 5. & Dionys. lib. 1. Vnguenta Campaniæ post Ægyptiaca famosissima sunt Plinio, quare Capuæ vicus Seplasiæ vnguentariorum. Ideo in hoc agro delitiis emollitus Annibal ac tandem fractus est, vt ait Seneca.

NUM. 4. *Fines Campanie.*

OLIM Campania dirimebatur ab agro Falerno per Vulturnum Fl. Sed cùm Romani hac regione potiti essent, voluerunt Lirim Fl. esse communem Latij, atque Campaniæ terminum, sic tamen vt quædam Latij vrbes, & loca limitem illum transcendere.

FINES ergo hi vulgò statuuntur: ab Occidente linea ducta à Sinuessæ Bagni, per montem Massicum Monte Dragone ad Apenninum, quâ disiungitur à Latio; præterea Vulturno Fl. separatur à Samnio; item ab eodem à Septentrione Apennini exigua parte Caudinisque montibus dispescitur; ab Oriente Hirpinis connectitur; à Meridie denique mari Infero alluebatur, cuius tractus partem Picentini obtinuerunt.

N V M. 5. *De Picentinis novis Campani littoris accolis.*

CAMPANIÆ pars à Surrento, Sorrento, ad Silarum vsque Fl. à Romanis contributa est Picentium parti, quam ex Supero Mari ad Inferum traduxerunt, inquit Strabo lib. 5. nec est causa, cur in eius verbis tantas tragœdias Cluverius excitet vir plerumque ad nauseam vsque accuratus. Hæc autem migratio contigit cum M. Curius Dentatus Samnites, & Sabinos devicit anno V. C. 463. & ab eo tempore Picentiorum & Picentium, promiscuum antea nomen, distingui cœpit: qui Mare Superum accolebant dicti *Picentes*, qui Inferum *Picentini*. Eos autem idem Strabo collocat ad finem Posidoniatem; videlicet eò vsque sinus ille protendebatur.

FINES autem Picentiorum assignantur illi; *ab Occidente* Campanos habent; à *Septentrione* & *Oriente* Hirpinos; à *Meridie* mare Inferum, & Silarum Fl. quo à Lucanis dirimuntur.

§. 2. *Descriptio Geographica Campaniæ, hodie la pluspart de la terre de Labeur.*

N V M. I. *Vrbes Maritimæ, & Promontoria Campaniæ.*


SINVESSA Col. antea Sinope à Plinio dicitur extrema Latij; apud Polybium in Campaniâ locatur, in Veseino sinu à Strabone, Soessa corruptè Ptolemæo dicitur. Facta est Col. an. V. C. 458. quando Sinope dici desit. Fit mentio aquarum Sinuessarum ubi Tigellinus periit; hæc foeminarum sterilitatem, virorum insaniam sanant Plinio, hodie *Bagni*. Vrbs sita erat ad radices M. Maffici, vulgò *Monte Dragone*, ubi eius rudera visuntur.

Vulturnum facta Col. 555. V. C. hodie *Castello à Mar di Voltorno*, aut *Castel di Voltorno*.

LITERNVM, ad Fluvium cognominem, postea corruptè à quibusdam Linternum, incolæ Liternini Colon. Ro. ubi exulavit, mortuus, & sepultus Maior Africanus: hodie *Torre di Patria*: iuxta Literninæ paludes, *il Lago di Patria*, & Gallinaria sylva prædonum olim recepraculum.

CVMÆ, & Cuma, & Cume, specula maris Etrusci Agathix, qui eam urbem accuratè describit in colle: condita à Chalcidensibus Euboicis, quos deduxit Columba, aut crepitus æris, ait

K Kkk iij



Velleius. His erepta est à Campanis an. V. C. 335. cùm anno 219. frustra à Tuscis & Opicis tentata esset Hic Sibylla Cumana, cuius spelunca ostenditur *la Grotta de la Sibylla*, quatuor à Cumâ millibus: alij tamen volunt antrum hoc videri ad Orientalem partem montis cui vrbs insidet, sic Agathias: certè utrobique vaticinata est. Locuta est autem in templo Apollinis quod erat è saxo, stabatque adhuc tempore S. Iustini: tempore Iuuenalis iam vacuæ erant Cumæ, Agathiæ *πολιχνιον*, Procopio *φειριον*: hodie nomen seruat *Cuma*; sed eò translata videtur, cùm antea *Monti Cistello* fixa esset ex descriptione Agathiæ. De antro Sibyllæ iterum in nouâ dicemus.

MISENUM Promontorium ab Æneæ socio & Tubiciné, vel ut ait Strabo à socio Vlyssis; portus Misenus Floro: hodie *Monte Miseno*, & *Capo Miseno*, vbi collocata fuit classis ab Augusto ad tutelam Inferi Maris. Huic adiacebat villa Marij 7. Conf. quæ postea Luculli fuit; sita erat in monte vulgò *Monte di Procyta*.

Bauli villa Neronis vbi matrem Agrippinam sustulit. Hic quoque Hortensij villa, & piscina in quâ Muræna, quam mortuam vit tantus defleuit; & postea Antoniæ Drusi nutrita est Muræna, ad quam visendam multi eò confluebant, *Plinio*: hodie *perit omnino*.

BAIÆ: *il Castel di Baia*, à comite, aut gubernatore Vlyssis, aut à nutrice Boiami comitis Æneæ, Seruio. Hic multi fontes calidi, deliciæ Romanorum; describuntur hæc loca accuratè apud *Cassiod.* lib. 9. epist. 6.

PUTEOLI: Græcis *Πυθαίχια*, vrbs sic dicta Strab. & Festo à puteis aquarum calidarum, vel à putore; Samiorum opus est Hic portus describitur à Strabone lib. 5. De ponte Caligulæ hic strato vide Suet. & Dionem lib. 59. Hic quoque villa Ciceronis quæ prius Puteolanum, postea Academia dicta fuit, vbi aquæ oculis medentes: hodie vrbs *Puzzoli*, nobis *Pouzzol*.

NEAPOLIS, antea Parthenope, ab vnâ ex Sirenis, vbi & eius sepulchrum: de huius conditoribus multæ sententiæ; alij Rhodiorum, alij Samiorum volunt. Cur autem dicta sit Neapolis rationem petit Strabo à nouis accolis: Philargyrus ad 4. Georg. quia cùm à Cumanis deiecta esset, veritis ne Cuma desereretur, ab Oraculo eam restituere iussi sunt eo loco vbi nunc Neapolis. Palæopolis ergo distincta erat à Neapoli, vt etiam colligitur ex *Liuiio*, & magis in Orientem proeurrebat. Fuisse Neapolis optimum por-

tum idem Liuius ait: hodie *Napoli*, nobis *Naples*. Adiacebat ei Infula Megaris: nunc *Castel dell'Ono*. Item non procul Pansilippum vbi villa Pedij Pollionis *monte Poslipo*: CRIPTA etiam NEAPOLITANA, cuius meminere Strabo, & Seneca, quæ sunt fauces Augustæ, quibus itur Puteolis Neapolim. Ab altera parte versùs Vesuuium erat sepulchrum Virgilij, vt ex Statio colligitur: hodie ad vicum *S. Gioanni di Tiduccio*; Donatus tamen id inter Neap. & Puteolos locat.

HERCVLANIVM ad radicem montis Vesuuij, castrum in mare procurrens Straboni: *Torre del Greco*.

POMPEII oppidum, Pompeia Straboni, & commune Nauale, Nolæ, Nuceria, & Acerrarum: hodie *Scafati*. Hoc certè Staius ad Fl. Sarnum collocat: tempore Neronis terræ motu maiori ex parte subuersum est; eius vina Plinius laudat. Iuxtà erat Pompeianum villa Ciceronis.

STABIÆ, & Stabij: hodie *Castel à mar di Stabia*; huius vrbs lac plurimùm laudant Galenus, Cassiodorus, & Symmachus: de monte Lactario vbi vicino mox agemus.

SVRRENTVM: *Sorrento*, cuius vina laudantur, quod tamen Tibetius vocabat acetum generosum, Caligula nobilem vappam. Celebrantur quoque vasa Surrentina à Martiali; læuia erant admodum, vnde *leue Toreuma rote*.

MINERVÆ Promontorium, aliter Sirenarum, & Surrentinum, ex quo ad Capreas breuis traiectus: hodie *Capo de la Minerva*; in eius extremo Mineruæ fanum, & iuxta Sirenum templum.

Inter Pro. Miseni & Mineruæ extendebatur *Sinus Campanus* Plinio, *Cumanus* Eratostheni, *Puteolanus* Melæ, & *Crater* Straboni.

N V M. 2. De vrribus Mediterraneis Campaniæ.

CAPVA, *μιντερόπολις ἢ κεφαλὴ* Campaniæ, cui aliæ vrbes comparatæ oppidula erant; à Tuscis condita, Præfectura facta à Ro. quòd se Annibali dedidisset, facta Colonia à Iulio Cæsare: *S. Maria di Capoa*, duobus millibus à Capuâ recente; Sicopolis quoque dicta fuit.

CASILINVM Colonia inpropinquo Capuæ, hoc est 2. millibus pas. Strabo statuit stadia 19 vbi nunc hodie *Capua* est, Chronicon Cassinense lib. 1. cap. 33. ait antea castrum Capantem appellatum

pellatum esse, & pontem Campanum, & eò translata Capuam à Laudone Comite & Episcopo Landulpho cùm Capua sæpe ædificata in monte Pisisco semper deflagrasset.

Cales Colonia vrbs Ausonum: *Calvi*.

Calatia Col. incolæ Calatini: *Caiazzo*.

CALENUM, cuius vina laudata ab Horatio: huius rudera visuntur circa oppidum *Carinola*.

Alifæ: *Alifi*, à Samniticis distinctæ, nunc etiam cognomines.

TEANVM SIDICINVM, incolæ Sidicini ad discrimen Apuli, cuius incolæ Teanenses; hodie *Tiano*; olim Colonia.

SVESSA Colo. & Municipium, AVRUNCA dicta ad discrimen Pometiæ in Volscis: Liuius ait priùs Sueffam, deinde Auruncam nominatam: hodie *Sessa*.

VENAFRVM Colonia ad Vulturum Fl. cuius ager Venafranus oleis ferax: hodie *Venafro*; sed nonnihil à Vulturno fluuio dissidet.

ACERRÆ Col. & Municipium constantiâ nobilis in Ro. contra Pœnos: nunc *Acerra*.

Suessula Col. *Castel di Sessola*, vbi rudera magnæ vrbs.

Trebula, incolæ Trebulani cognomento Balinienses ad discrimen Sabinæ: *Trentola*.

Saticula Col. malè Satricula, à Ro. ægrè capta: locus *Caserta*.

ATELLA Municipium & Col. vnde fabulæ Atellanæ: *Aversa*.

ABELLA, & Auella, Virgilio Bella, vbi mala Punica optima: Virgilium ferunt eius nomen mutasse quia hospitium hîc ei negatum esset; quidam & putant pro Nolâ hac vocem substituisse: *Auella Vecchia*.

NOLA Munic. & Col. Chalcidensium Iustino, Tyrorum Solino, vrbs Ausonum Stephano; Liuius lib. 39. hanc Samnio adscribit: *Nole*.

NVCERIA cognomine Alfaterna, ad discrimen Vmbricæ quæ Camellaria dicitur; incolæ Nuceri Alfaterni: *Nocera*.

Veseris oppidum, seu castrum ad Vesuuij montis radices versus Capuam, malè sumptum vulgò pro Fl. hîc se Decius deuouit.

N V M. 3. *Flumina Campaniæ.*

VULTVRNVS, aliter Casilinus dictus Vibio Sequestro: *Voltorno*.
Parall. Geogr. Tom. II.

LLII

SAVO, Piger dictus Statio, quia videlicet in paludes diffunditur; hodie *Sauone*, seu *Saone*.

LITERNVS, qui & Clanis, & Glanius Linternum alluens: hodie *Clanio*, seu *Patria*.

SEBETHVS ad Neapolim cadens, hodie *Fornello*, aliter *Fiume della Maddalena*.

SARNVS, in cuius capite incolæ Sarrastes dicti apud Maronem: describit eum Procopius rerum Goth. lib. 4. sed hic malè *Δεξιων* dicitur: nunc *Sarno* in parte sui superiore, in inferiore *Scafati*, seu *Scafato* ab oppido quod alluit.

NVM. 4. *Lacus & Piscine Campanie.*

ACHERVSIVS lacus, & PALVS ACHERSIA inter Pro. Misenum, & Cumas, cœnosa maris effusio Straboni, cuius quoque meminit Lycophron: malè quidam hunc cum Lucrino & Auerno confuderunt: hodie *lago di Collucia*.

LACVS AVERNVS, vndique collibus inclusus nisi in exitu, ferè retundus: scripsit Strabo narrari fabulã de auibus in eum decidentibus quod solet accidere ἐν Πλατωνίαις, vnde aliqui dictum putant quasi *ἀορνῶν*. Ad hunc erat Antrum Auerni dictum hodie *la Grotta di Sibylla*, Cuniculus ab Agrippa ductus syluis excisis, & mari immisso in Lucrinum & Auernum, quando & factus est portus, *Iulius* dictus. Ad hoc Antrum credit Strabo lib. 5. habitasse Cimærios quorum meminit Homerus, & eò translata esse, quæ de Bosphorani dicuntur: hodie lacus ille dicitur *lago d'Auerno*, vel *di Trepergole*.

LUCRINVS iunctus cum Auerno per angustas fauces contiguus Baiis, exclusus à mari aggere octo stadiorum, latitudine vnus currus: hic agger dictus est à Cic. Proper. Lycoph. *via Herculea*. Abundabat lacus ille ostreis, & piscibus delicatissimis, dicebaturque aliter *BAIANVS*: nunc nihil eius superest nisi palus lutosa cum arundineto, ex quo mons hîc nouus extitit terræ motu 1538. qui vocatur *Mons nouus*, vel *Cinereus*.

PISCINA LVCVLLI & villa, ad quam struendam montem excidit, vnde dictus Xerxes Togatus: hodie *lago d'Agnano*.

CHARONEÆ Scrobes ad prædictam piscinam exeuntibus ex Cryptâ Neapolitanâ: hodie *la Grotta del Cane*, de quo loco in Admirandis agemus.

NUM. 5. *Montes Campaniæ.*

GAVRVS, paulùm à mari remotus, olim vitifer nunc sterilis: hodie *monte Barbaro.*

TIFATA, Capux antiquæ imminens in historiâ Romanâ celeberrimus: nunc *mons Caserta* ab vrbe cui imminet.

MASSICVS, vino suo celeberrimus; dicebatur aliter FALERNVS, quia Falernus ager erat ei conterminus: hodie *monte Dragone.*

VESVVIVS, VESEVVVS Poëtis, Græcis Vesbius, & Vesuius, vnde Columella dixit Vesbia iuga, Procopio *βίβιος*: Galenus scribit priùs dictum esse Lesbium à Lesbiiis indigenis. Describitur eleganter à Strabone lib. 5. & Procopio 2. belli Gothici: hodie *monte di Somma*: de eius incendiis scripsit libellum planè aureum P. Recupitus.

LACTORIYS, & Lactis apud Cassiod. iuxta Stabias, de cuius lacte Galenus; sed hunc cum Vesuuiio videtur confundere: hodie *Letteri* ab vrbe ei insidente.

Callicula apud Polyb. lib. 3. aliter dictus Eribanus, & Eribianus, supra oppidum *Carinola*, & *Torre di Francolese.*

NUM. 6. *Campi, seu Agri Campaniæ.*

PHLEGRÆVS, campus vbi fabulati sunt antiqui Herculem vicisse Gigantas, à Romanis & Latinis dictus est LEBORINVS, vbi erat oppidum Vulcani, aliter Leboriæ: hodie *la Solfatura.*

FALERNVS ager à Massici montis radicibus ad Vulturum fluvium extensus, vt colligitur ex Liuiio: apud Plinium tamen inchoatur tantùm à Sauone fluuiio; & hunc agrum incoluere populi AMINEI sic dicti ab vrbe Amineâ in agro Falerno: *que perit, circa Calui.*

FAVSTIANVS ager ad Sinuessam.

CALENVS ager ad urbem Calenum: prope *Carinolan.*

STELLATIS ager, seu campus, post montem Calliculam, inter agros Falernum & Calenum, hoc est inter *Carinola*, & *Calui.*

De Insulis agemus capite decimo.

NUM. 7. *Picentini, hodie vne partie de la Principauté Citerieure.*

SALERNVM, Colonia munita ad domandos Picentinos, qui se

LLII ij

Annibali dederant : hodie *Salerno*. Facta est Colonia anno 7. post bellum Annibalicum ; quando scilicet , ait Strabo, Picentini vicatim habitare compulsi sunt à Ro. Olim remota erat à mari , & in montibus qui vrbi iam imminet ; Strabo tamen à mariminimum ait esse distitam.

PICENTIA, caput gentis Straboni , tempore Marsici belli incensa , ait Florus ; hodie rudera dicta *Vicenza*, ab indigenis indicantur prope *Euoli*.

MARCINA Etruscorum opus , à Samnitibus habitata : hodie *Veteri*. Hic suspicatur Cluverius fuisse templum Iunonis Argivæ quod Iason condidit , de quo Plinius.

Eburi , incolæ Eburini Plinio : hodie omnium suffragio *Euoli*.

CAPVT NONVM.

De Magna Græcia.

§. 1. *Quid sit Magna Græcia.*

MAGNA Græcia diuersimodè apud veteres scriptores sumitur , & eius varij proferuntur fines ; ac proinde antiquos reperio in quatuor opiniones distractos.

PRIMA SENTENTIA est Plinij apud quem Magna Græcia alio nomine Frons Italiæ dicitur , & complecti tres sinus Aufonij maris Tarentinum , Locrensem & Scyllaceum : videlicet Græciam sic sumptam extendit à Leucopetra Promontorio , seu Brutio *Punta della Saëta*, ad Salentinum , seu Iapygum Pro. *Capo di S. Maria di Leuca* ; quo nomine tantùm Magna Græcia , Lucaniam & Brutios videtur continere.

SECUNDA OPINIO est Ptolemæi in suâ Geographiâ lib. 3. cap. 1. vbi duabus superioribus Iapygiam videtur adiungere ; sicque nomine Magnæ Græciæ in vnum corpus venient Apulia , Lucania , & Brutij.

TERTIA sententia est Strabonis disertè adscribentis Magnæ Græciæ lib. 6. præter 3. supradictas regiones Capaniam & Siciliam ; nam primò ait hanc occupatam esse à Lucanis , Brutiis , & Campanis : Straboni quoque de Sicilia adstipulatur Liuius lib. 7. dum Græcos nominat , quos postea Siciliæ Tyrannos vocat.

QUARTA denique est eorum qui totam Italiam Magnam Græciam dixere: inter eos recensetur Athenæus lib. 12. ubi Magna Græcia definitur *πᾶσα χερδὸν ἢ τῆς τῆν Ἰταλίαν κατοικήσις*: sic etiam Pompeius Festus, *Maior Græcia dicta est Italia, quod eam Siculi quondam obtinuerunt, vel quod in eam multe magnæ ciuitates ex Græcia profectæ sunt*: quibus posterioribus verbis causa redditur quare Magna Græcia nuncupata sit.

§. 2. *De populis antiquis Magnæ Græciæ, qui iam defecere.*

TRES vulgè numerantur, *Pelasgi, Chones, & Oenotrij*: de Pelasgis suprâ diximus satis multa, de duobus postremis pauca commemoremus.

NUM. 1. *De Chonibus, & Choniâ regione.*

CHONES genere Oenotrij fuerunt, vt disertè tradit Aristoteles 7. Polit. cap. 10. quod & facit Antiochus quidam apud Strabonem, à quo Chones gens Oenotrica dicuntur. Strabo tamen eos videtur ab Oenotris distinguere, & ait Chones extendi à Lacinio Promontorio *Capo delle Colonne, Metapontum vsque Torre di Mare.*

NUM. 2. *De Oenotris.*

OENOTRVS Lyæonis filius vnus ex 22. venit in Italiam ex Arcadiâ, cum Peucetio fratre, inquit Dionys. Halic. lib. 1. Peucetius ad Prom. Iapygum appulit, eamque regionem de suo nomine nuncupauit Peucetiam. Oenotrus autem videtur reliquum occupasse vsque ad Fl. Silarum limitem Lucaniæ, & Campaniæ. Certè eorum regio dicta est Pandosia, vt tradit Strabo, & Posidonia apud Dionys. Halicar. lib. 1. vrbs Oenotrorum vocatur. Arbitror igitur Oenotros ab Iapygibus diuisos fuisse per Fl. Brandanum, per Silarum autem ab Opicis qui Campani fuere, ab Ausonibus quoque sic diuisi sunt, quorum agros Samnites & Hirpini obtinuerunt.

§. 2. De Minoribus Regionibus magnæ Græciæ historica.

NVM. 1. De Iapygia, & Iapygibus.

NOMEN & ORIGO. Dicta est hæc regio Iapygia à Græcis, vt ex Strabone, & Appiano liquet, & ab Iapyge, Dædali filio, vt tradunt Plinius, & Solinus: sed Antonius Liberalis libro de Transformationibus vult dictam ab Iapyge filio Lycaonis indigenæ, eique duos fratres assignat Daunium & Peucetium; aitque tres illos fratres exercitum habuisse conflatum ex indigenis Illyricis, & Messapiis, ideóque hunc tractum diuisisse in tres partes Dauniam, Peucetiam, & Messapiam; sic iste.

Dionysius autem Halic. lib. 1. innuere videtur totum hunc tractum dictum esse Peucetiam à Peucetio Oenotri fratre filio Lycaonis.

Strabo denique Messapiam cum Iapygiâ confundit, & sic à Græcis nominatam esse. Ait item incolas diuidere Iapygiam in Sallentinos, Calabros, & Apulos, Apulos autem in Peucetios, & Dau-nios.

Ex quibus omnibus satis implicatis ita diuidendam puto hanc regionem.

MAGNA GRÆCIA	}	I APY-	{	APV-LIA	{	Daunia. Peucetia.		
		GIA		{	MESSAPIA,	{	Sallentini. seu Calabria	{
		OENO- TRIA	{		Lucania.		{	

NVM. 2. De Apuliâ, & Apulis Daunis & Peucetiis.

NOMEN. Vnde dicta sit Apulia non constat; nugantur enim qui sic appellatam volunt quasi *Apluuiam*, quod Horatius eam Siculo-sam dixerit: scio quidem hanc etymologiam probatam esse Facio viro erudito, sed eam meritò Leander explodit. Aliqui apud Leandrum, sic vocatam putant à quodam Apulo veteri Rege, qui eò commigrauit multis ante Troiæ ἀλώσειν annis. Prudentius

statuit qui ait nihil in hac parte occurrere.

DAVNI dicti sunt à Dauno Rege cui auxilium Diomedes tulit, cum obsideretur ab hostibus, pollicito partem agri ei se daturum: quis autem fuerit ille Daunus suprâ inuimus.

Dauniorum autem Apulorum fuere *limites*, Frento Fl. aut Tifernum Fl. *Fertore*, aut *Biferno*, quo diuiduntur à Frentanis ab *Oriente*, item & à Samnitibus, & Hirpinis ab eadem parte: à *Septentrione* & *Oriente* Mari Supero alluebantur; denique à *Meridie* Cerbaro Fl. *Ceruaro*, à Peucetiis, vt tradit disertè Plinius lib. 3. cap. 12. qui tamen paulò post ab Aufido fluuio inchoare ait, & Salapiam in Dauniâ collocat.

PEUCETII, à Peucetio filio Lycaonis dicti sunt; sed hos Plinius cum Messapiis confundere videtur cap. 11. lib. 3.

Peucetiorum autem fines sunt; ab *Septentrione* Cerbalus Fl. & pars Hadriatici Maris, sicut & ab *Oriente*; ab *Occidente* Hirpini; à *Meridie* denique Bradanus Fl. *Bradano*, quo à Lucanis dirimuntur; & communes habent cum Messapiâ fines.

Per hunc autem tractum effusi sunt populi PÆDICVLI dicti, vt ex Plinio liquet, qui eorum oppida recenset cap. 11. lib. 3. Hi apud Valerium Maximum perperam *Fidiculi* nominantur. Dicti sunt autem Pædiculi vt Strabo inuunt, & Plinius à 9. adolescentibus totidémque virginibus qui ex Illyrico venerunt, & multa in hoc tractu oppida condiderunt; à quibus XIII. populi progeniti sunt, fortè legendum XIX. octodecim.

NVM. 2. De Messapiâ, seu Calabria, eiusque populis Sallentinis, & Calabris.

PENINSVLA quæ Brundisium inter, atque Tarentum procurrit in Mare MESSAPIA dicta fuit, à duce quodam Græcorum, vt vult Plinius lib. 3. cap. 11. Stephanus ait eundem ducem Monti in Anthedoniâ regione dedisse nomen, quæ vbi gentium sita sit non est facile statuere. Messapios gentem Barbaram vocat Pausanias in Phocicis.

CALABRIA dicta fuit à Calabris populis, de quibus mox dicemus. Sed notabis hanc Calabriam aliquando strictiùs, aliquando latiùs sumi; latiùs, includere totam Apuliam, vt intelligitur ex Seruio, & veteri Horatij Scholiaste, apud quos mons Garganus in

Calabriâ collocatur; strictiùs autem eâ regione quæ definit in Iapygium Promontorium; sic Tacitus an. 3. ait Corcyram insulam opponi Calabriae.

Quomodo autem Messapiae nomen cum Iapygiâ apud Strabonem confundatur, ut & cum Peuceriâ apud Plinium supra significauimus Porro in hac Peninsula duo populi reperiuntur Calabri, & Salentini.

CALABRI ex aduerso Sallentinorum oram Borealem huius Peninsulae incoluerunt, ubi Brundisium.

SALLENTINI vero siue Salentini oram Australem ubi Tarentum: tamen apud Poëtas, & maximè apud Maronem ad Lucanos usque & Brutios videntur extendi: sic enim Virg. 3. Æneidos.

Hic & Naricij posuerunt mania Locri,

Et Salentinos obsedit milite campos

Lyctius Idomenæus.

Sigonius in Tabulis Capitolinis contendit scribi per duplex Il Salentinos, Goltzius negat ex inscriptionibus.

N V M. 3. De Lucaniâ, & Lucanis.

NOMEN. Λυκαλία Graecis appellatur: à Latinis Lucania: unde autem hoc nomen, fatius est fateri nescire quàm cum sciolis vaticinari: ab iis populis, Lueanica farciminis genus ex porcinis carnibus dicta sunt, item & elephantes Boves Lucæ quod primùm in hac regione visi essent sub Pyrrho Rege, licet id improbet Varro, & à luce clypeorum Regionum dictos velit, 6. de lingua Latina.

ORIGO. Orti sunt Lucani à Samnitibus, ut asserunt Plin. lib. 3. cap. 5. & Strabo lib. 5. eò autem deducti sunt à Samnitibus cum Oenotros expulissent, ubi diu cum Graecis depugnarunt. Tempore autem Strabonis ad eò attriti erant, ut eorum ciuitates ægrè distinguerentur, quod multæ earum ciuitatum per se corpus non efficerent, & consuetudines sermonis, armaturæ, vestium, aliæque id genus obsoleuissent, singula oppida seorsim essent ignobilia.

FINES. A Septentrione Silari Fl. Vafento à Picentinis, ab Apulis Brandano Fl. Brandano dirimuntur: à Meridie à Brutiis Laò Fl. Laino, & Sibari Fl. Cochile; ab Oriente Sinu Tarentino parte Siculi Maris; ab Occidente Mari Etrusco, seu Infero verberantur.

N V M.

N V M. 4. De Brutiis.

NOMEN & ORIGO. A Græcis plerisque Βρῆττοι nominantur, apud Dionysium Βρῆττοι, Ptolemæo Βρῆττοι: sic dicti ait Strabo lib. 6. linguâ Samniticâ quasi *defectores*, seu *desertores*, quia cùm essent pastores Lucanorum, indulgentiâ dominorum abusi, ab iis defecere adiuti à Dione qui contra Dionysium Tyrannum depugnabat. Diodorus tamen lib. 16. sic dictos mauult quasi *fugitiuos*: nam Lucanorum lingua *Brettios* sonat *seruos fugitiuos*; notâtque in hanc Italix partem multos illius farina homines confluisse, primò prædatoriam egisse vitam, postea iustis præliis cum indigenis dimicasse, & plerasque vrbes cepisse, sicque Rempublicam suam constituisse. Stephanus tamen, & Eustathius à Bretto Herculis filio dictos esse volunt. Iustinus à Brutiâ quâdam fæminâ, quæ rebellibus seruis castellum prodidit, vbi postea nouam urbem condidit, & gratiæ memores se de eius nomine Brutios dixere: finitimos armis subegisse, Alexandrum Epirotarum Regem qui venerat in auxilium Græcorum penitus deleuisse, atque confecisse, sic lib. 23. Iornandes in Gothicis hanc mulierem Reginam appellat, parum probabiliter.

Dicitur aliter PENINSULA BRVTIORVM, immo & doctorum iudicio RHEGINORVM, in quâ Crassus inclusit Spartacum fossâ 37. mil. pass. cum 50. pass. latâ & altâ 15. pedes. Errant enim qui id factum putant ad Scyllæum scopulum, quoniam is locus capere urbem non potest, nedum 60. hominum millia quæ sub signis habebat Spartacus. Dicitur & apud Florum, qui id enarrat, *angulus Brutius*, & *Brutius ager*; neque obest quod Plutarchus in Crasso dicat, hîc Spartacum nihil inuenire potuisse, nam hîc grassationes suas diu exercuerat: & verò cùm inde exiit statim dicitur ad Flumen Salsum peruenisse apud Plutarchum, at is fluuius statim in Lucaniâ occurrit. Quomodo autem ad Annibalem defecerint, quomodo à Romanis multari sint, alij excutiant quibus est plus otij.

FINES Brutiorum, A Septentrione Laô & Sibari Fl. à Lucanis discescuntur: ab Occidente lauantur Tyrreno Mari, & freto Siculo: à Meridie, & Oriente mari Ausonio, seu Siculo verberantur.

§. 3. Geographica descriptio Apulia.

NVM. 1. *Apulia Daunia, antea Puglia Piana, nunc la partie de la Capitanata vers le mont Gargan, entre les riuieres Fortore, & Ceruaro.*

- LO-
CA
MA-
RITI-
MA
DAV-
NIO-
RVM. } MONS GARGANVS: *Monte di Sant-Angelo*, Straboni Promontorium dici videtur, & mons collis Drium ex quo riuus effluit sanans omnis generis morbos. Hunc Diomedes à continente rescindere voluerat, sed imperfectum reliquit opus.
- MA
DAV-
NIO-
RVM. } Agasus portus: hodie *Porto Græco*.
Hurium oppidum ex alterâ parte Gargani: *Rodia*.
VRIA, vnde sinus VRIAS dictus vulgò *le Golphe de Manfredonia*, vnde Vriam aliqui suspicantur esse Manfredoniam; certè hæc ex illa creuit.
- FLV-
VIVS } CERBALVS: *Ceruaro*, limes Dauniorum, qui nunc cadit in paludem ex quâ se postmodum videtur insinuare in *Candelaro Fl.*
- VR-
BES } SIPONTVM: vulgò *Siponto*; Sepius, vntis Straboni, Sippus Silio, ita dicta à Sepiis quæ eiciuntur ad vicinum littus: non est affixa Fl. quare Strabo merces de Siponte *deuehi, ἡρώματα* in Cerebalum.
- ME-
DI } TEANVM APVLVM: ad diferimen Sidicini in Campaniâ ad lacum Straboni, qui hodie *Lago di Lesina*: nunc verò 10. mil pass ob ostio Fl. Frenoris videntur rudera vrbs quæ hodie *Teani*.
- TER-
RA-
NEÆ } LVCERIA Col. Stephano Lucara: hodie *Lucera*, postea *Nocera*, & *Nocera delli Sarraceni*, seu *Lucera delli Fagani*: vrbs vetusta, humilis tempore Strabonis.
- APV-
LO-
RVM } ARPI, & ARGYRIPPA, primùm dicta Lampe, postea à Diomede Argos Hippium, vnde formata vox Argyrippa, ab Apulis Argi postea dicta, ait Tzerzes; incolæ Argyrippani Polybio Plinio Arpani: hodie *Arpe*, aliis *Arpe*. Circa hanc urbem fuere gentes Monadorum, & Dadorum, quorum excidit vrbes Dio-



APVLIAE
LVCANIE
 et
BRVTIORVM
 Descriptio

DAV- medes Apinam & Tricam, quæ prouerbio dedere
 NIO- locum, *Plinius*.
 RVM. Gerion, seu Geronium, & Gerunium, cuius fit mentio
 in bellis Annibalicis: hodie *Trazonata*.

NVM. 2. *Apuli Pencilij*, hodie vne partie de la Capitanata entre les
 fleuves Ceruaro, & l'Offanto, le territoire de Bari,
 quelque partie de la Basilicata, & Otranto.

LO- SALAPINA PALVS, cuius meminit Lucanus 4. Pharsa-
 CA lidos: hodie *Lago Salso*.
 AVEIDVS Fl. exde Cannensi factus decolor, vnus di-
 uidens Apenninum: hodie *Offanto*, vulgò *l'Offanto*.
 MA- Barduli in Tabulis Itinerariis: *Barleta*.
 RITI- Turenium in iisdem Tabulis: *Trani*.
 MA- BARIVM, Piscosum dictum Horatio, Plinio Barion
 quod antè Iapygem dictum esse ait; Strabo Barin vo-
 cat, Tacito Municipium est: *Bari*.
 PEV- Turres Cæsaris: hodie *Torre Repagnone*.
 CE- EGNATIA, Gnatia Horatio: in eo oppido saxum cui
 TIO- impositum lignum ad sacrum quoddam ardebat, Pli-
 RVM. nio; quod Horatius irridet: *Torre d'Anasso*.
 Turres Iulianæ: hodie *Torre de Puzeglie*.

VR- SALAPIA, meretricio amore Annibalis clara, Plinio;
 BES Straboni dicitur Argyripporum nauale, mare ergo in-
 ME- de recessit: hodie *Salpe*.
 DI- CANVSIVM, ad Fl. Aufidi ripam *Canosa*, Straboni em-
 TER- porium Canusinorum, incolæ Canusini dicti bilin-
 RA- gues veteri Scholiastæ Horatij, quia Latinè, & Græ-
 NEÆ cè loquebantur: malè in Daunia ponitur apud Pli-
 nium.
 CANNÆ vicus, Polybio Canna, 25. stadiis à Canusio
 Procopio, arx in quam Romani frumentum compor-
 tarant, vbi & victi ab Annibale 40. militum millia
 perdiderunt: hodie *Canne*, alluit hunc Fl. Gedo, seu
 torrens cuius meminere Florus & Valer. Max. quem
 iunxit Annibal ponte ex cadaueribus: eius campi
 Cannenses, campi Diomedis, & campi Ætoli nomi-
 nabantur.

- APV- ASCVLVM, cognomento Apulum; *Ascoli*, vbi victus à Ro Pyrrhus.
- LO- VENVSIA Horatij patria, condita à Diomede vt Ven- rem placaret quam læferat ait Seruius: in Dauniâ malè quoque locatur à Plinio: hodie *Venosa*.
- RVM ACHERONTIA oppidum, Acherontis idis Procopio: hodie *Chirenza*, seu *Cirenza*, aliter *Acirenza*, & *Age- renza*.
- PEV- Forentum, corruptè apud Liuium & Diod. Ferentum, cuius incolæ Forentani: *Forenza*.
- CE- BANTIA, ex qua Marcellus multùm nocuit Annibali, haud procul à fonte Bradani Fl. ad oppidum *Petra Galla*.
- TIO-
- RVM. Genusium: *Genosa*.
Mateola: *Matera*.
- MONS { VLTVR pars Apennini ad Bradani Fl. fontem, incolis *Apennino*, à quo Vultur ventus nomen habet, vt in- telligitur ex Liuiio.

§. 4. *Messapia, seu Calabria.*

NVM. I. *Sallentini, aliter Messapij dicti, hodie la partie d'Otranto au deça de l'Apennin.*

LOCA MARITIMA

TARENTVM: hodie *Tarento*, olim & Tarentus, Græcis *Tá- rex*, vrbs ita dicta, aut à *Tereno* quæ Sabinâ linguâ *molle* sonat, vt vult Macrobius, aut à Taranto Nepruni Filio, qui eam condidit, reparauit Phalantus dux Partheniorum Laconum: alias opiniones vide apud Strabonem, & Seruium, vt de sepulchro cui inscripta erat vox *Thare* nomen quod primò Phalanthus vidit, aut à Tarento Herculis filio, vnde *Herculeam* dictum. De Partheniorum aduentu lege Iustinum lib. 3. & Pausaniam in Phocicis. Apud Virgilium videtur *Oebalia* dici, quia à Lacedæmoniis condita quibus *Oebalus* imperauit. Condita erat in agro *Satyrio*, seu *Saturio*, vnde & *Satyrium*, & *Satyreon* dicta est; à Marone *Saturum* cognominatur à *Saturiâ* Minois *Cretensis* filiâ, quæ genuit ex Neptuno *Tarentum* Lacedæ-

MMmm iij

monium, qui passus naufragium eò delatus est à Delphinis. Maxima & opulentissima urbium maritimarum dicitur apud Pausaniam cum portu optimo in quem influebat.

GALESVS Fl. item & Eurotas dictus apud Polybium, ab vrbe quinque millibus distans apud eundem: hodie *Tara*, quem malè Ortelius à Galeſo distinguit.

Hodie Tarentini duo portus *Mare Grande*, *Mare Picolo*. Lana Tarentina mollissima erat, & oues hic tegebantur, vnde Pellitæ ab Horatio dicuntur.

MONS AVLON vrbi adiacebat vitifer, qui quomodo nunc dicitur ignorant ipsi indigenæ, quidam Tarento vocant.

Chærades Insulæ, quas Thucydides vocat Insulas Iapygiæ, vnde iaculatores Messapios Græci suis nauibus imposuerunt: hodie *Isola S. Pelagia*, & *Isola S. Andrea* ante portum Tarentinum.

SASINA portus vbi Isthmus breuissimus; *Porto Cesareo*.

CALLIPOLIS, quam Plinius in ora Senonum locat corruptè pro Sallentinorum: nunquam est dicta Anxa, aut Anca, vt vult Leander, hodie *Gallipoli*.

IAPYGIUM Prom. aliter SALLENTINVM, ad quod appulit Æneas Italiam quærens: hodie *Capo di S. Maria di Leuca*.

LEVCA, oppidum & portus, vbi fons aquæ feruentis, de quo Strabo fabulas commemorat: *S. Maria di Leuca*.

SALLENTINORVM.

VR-
BES
ME-
DI-
TER-
RA-
NEÆ
SAL-
LEN-
TI-
NO-
RYM.

RVDIA, vel Rhodæ, & Rhodiæ, & Rhedia Plinio, vrbs Pædiculorum patria Ennij, vt omnes putant: *Ruia Cluuerio*; rudera vrbis ait Leander vocari *Ruse*.
Manduriæ & Mandurium, & Manduria, Plutarcho malè Mandonium, ad quam urbem cæsus Archidamus Argefilæi filius: hodie *Mandola Nigro*, aliis *Casal Nouo*, aut ei locus adiacens *Andoria*, aliter *Versentino* dictus.
Nereturum Sallentinorum cognominatum: *Nardo*.
SOLETVM, & SALANTVM, Plinio, aliter SALLENTIA, cuius meminit Stephanus, vnde dicti Sallentini: *Soletto*.
Vxentum: hodie *Ogento*
Bauota: nunc *Pacauita*. } Cluuerio.

NUM. 2. *Calabri, hodie partit d'Otranto au delà del'Apennin.*

- VR-
BES } BRVNDVSIVM: *Brindisi*, nobis *Brinde*; Stephano Bren-
tesium, à Brento Herculis filio, vel à portu flexuoso
M A- } & ramofo ad instar capitis Ceruini, quod Messapiis
RITI- } *Brention* dicitur, vt ait Stephanus citans Seleucum,
MÆ } quod sumpsit ex Strabone lib. 6. Hinc in Græciam re-
CA- } ctus traiectus, ait Strabo, quare à Tullio tritum iter in
LA- } Græciâ dicitur. Occupata est primò vrbs illa à The-
BRO- } seo, & Cretensibus, deinde à comitibus Iapygis, de-
RVM. } nique sub Regibus fuit: hîc Phalantus exulauit; facta
est Colo. V. C. 509. Velleio.
VALETIVM, aliter Baletium, & postea Valentium ad
Pactium fluuium: hodie *S. Marco*.
HYDRVS, seu Hydruntum *Otranto*, à Brundusio 150.
stadia distans, Straboni. Procopius ait priùs dictam esse
Hudrentum, Æthico Odruntum: meminit quoque
hîc Melamontis Hydruntis.
VR-
BES } VRIA, aliter Hyria, & Vretum, vbi M. Antonius
ME-
DI } cum paucis plurimos oppressit. In eâ erat Regia diui-
TER- } tis cuiusdam indigenæ. Cognominata est Messapia
RA } ad discrimen Apulæ, ait Plinius: apud Stephanum di-
NEÆ } citur opus Cretensium: hodie *Oria*, apud scriptores
CA- } mediæ ætatis appellatur Oiretum, vnde Archiepisco-
LA- } pus Oiretannus.
BRO- } ALETIVM corruptè Salepia apud Strabonem, apud
RVM. } quem lege Aletia, incolæ Aletini: hodie *Lezze*, &
Leccia.
Veretum, antea Baris Straboni, incolæ Vretini Plinio;
hodie *Alessano*.
CASTRVM MINERVÆ, seu templum, aliter Miner-
uium ab Idomeneo conditum, Seruio; & huc descen-
dit Æneas, vnde locus dictus est portus Veneris.
Ducta huc Colonia V. C. 629. vt ait Velleius: hodie
Castro.

§. 4. *Lucania, & Lucani.*

N V M. I. *Lucania cis Apenninum, seu olim Regio Posidoniatum: hodie vne partie de la Principauté Citerieure, & vne partie de la Calabre Citerieure.*

- V R- { TEMPLVM IVNONIS ARGIVÆ, ad ostium Fl. Silari ver-
sus Picentinos quibus tribuitur à Strabone: hodie
Torre.
- BES { Portus Alburnus: *Alfurno*, ruinae vrbeculae.
- M A- { PÆSTVM, seu POSIDONIA, incolæ Posidoniates, à
Neptuno sic dicta. Condita est à Dorienſibus vt vult
Solinus, à Sybaritis vt Scymnus; certè Strabo ait Lu-
RITI- canos hanc ademisse Sybaritis, Lucanis Romanos:
hodie *Rudera Piesti*, ab indigenis.
- M Æ { VELIA, quæ antea Helia, & Hyele; à Phocensibus con-
dita cum Harpagus Phocæam cepisset: postea ELEA
POSI- dicta, patria Parmenidis, Zenonis, & aliquot Py-
thagoreorum: hodie *Castel à mare della Brucca.*
- D O- { PALINVRVS portus, cuius meminit Halicar. lib. 1. ho-
die *Palinuro.*
- N I A- { BVXENTVM, seu Pyxus untis, Πίξος Græcis, apud Dio-
dor. corruptè Teuxus, Pixis Stephano à quo malè in
TVM. mediterraneis Oenotrorum collocatur: hodie *Poly-
castro*: Leander putat esse *Pisciota*, quia nunc hîc ma-
gna Buxi copia.
- V R B E S { ATINVM: *Ateno*; quod oppidum alluit Tanager
MEDITER- } ibique hauritur: incolæ Atinates Lucani.
R A N E Æ. { Sontia, incolæ Sontini Plinio: *Sanza.*
- MON- { ALBVRNVS celebratus à Marone: hodie etiamnum
æstris infestatus, & dictus *Monte di Postiglione.*
- TES. { CALAMATIVS, Calamarius Frontino, & apud eundem
corruptè alibi Cathena, vbi Licinius Crassus Spar-
raci socios deuicit: *Monte di Cappaccio.*
- FLV- { SILARVS, Silaris & Siler, fortè Aristotelis Cetus: ho-
die *Selo & Silaro.*
- VII { TANAGER cadens in Silarum: hodie *Negro*, quem ait
Vir-

- POSI- } Virgilius exficari; veriùs Plinius tacito eius nomine ait in Campo Atinate per 20. pass. millia condi, hodie tantùm 4. passuum millibus non apparet.
- DO- } Calor: *il calore.*
- NIA- } Stagnum Salsum, vbi Spartacus suas copias refecit, vallo Craffi superato, non procul à Pæsto: *Fiume Salso.*
- TVM. } Elea ad Veliam urbē cui & nomen postea dedit: *Pisciota.*
- } Hales, seu Helees: *Halente.*
- } Melphes: hodie *Molpha, Melfa, & Molpa* supra Pro. Palinurum.
- } LAVS, terminus Lucanorum, & Brutiorum: *Laino.*
- PRO- } Posidium è regione Insulæ Licosiæ: hodie ab eâ *Capo di*
- MON- } *Licofa.*
- TO- } PALINVRVM, olim Phrygij gubernatoris, nunc loci nomen Melæ, & Dionys. Halic. hodie *Capo di Palinuro.*
- RIA. } PÆSTANVS, seu POSIDONIATES; innuit Strabo lib. 5. priùs Posidoniatem dictum esse, deinde Pæstanum: coërcebatur Posidio & Mineruæ Promontoriis: hodie *Golfo di Salerno.*
- SI- } ELEATES Romanis VELINVS Sinus & portus, vnde
- NVS } Maro 6. *Æneid.*
- POSI- } — *portusque require Velinos,*
- DO } aliter & Velienfis Sinus, inter Promontoria Posidium
- NIA- } & Palinurum: *hodie quedsciam nomine caret.*
- TVM. } LAVS inter Palinurum Prom. & Laii Fl. ostia: *hodie Golfo di Policastro.*

De Insulis agemus capite proximè sequenti.

NVM. 2. *Lucania trans Apenninum, seu olim ditio Sybaritarum: hodie vne grande partie de la Basilicate, & vne partie de la Calabre Citerieure.*

VR- } METAPONTVM, antea Metabum: hodie *Torre di Marc;*

BES } opus Pyliorum fuit, & eius urbis incolæ ditissimi erāt maximè ob agriculturam, ideóque Delphis famosissimamillam auream messem dedicarant. Cætera apud Strabonem lib. 6. lege, & Eustathium, qui tamen

Parall. Geogr. Tom. II. NNnn

- malè hanc cum Siri confundit.
- MA- SIRIS, ad ostium fluuij cognominis, postea Hera-
clea dicta, & Heracleopolis, quando Siris facta est
RITI- Nauale Heracleæ. Dicta quoque est Leuternia,
Plius, Sigium, & Polieum, vt colligit ex variis Clu-
uerius. Fuerunt autem duæ vrbes Siris, & Heraclea,
MÆ sed postea in vnâ coaluerunt, Siris ad Sirim Fl,
Heraclea ad Acirim: Siris locus hodie *Torre San Ba-
filio*, Heracleæ *Policaro*.
- SY- SYBARIS, quæ postea THVRIVM, & THVRIAE, ac tan-
dem COPIAE, oppidani antea Sybaritæ, postea Thu-
rini. Sita erat inter duos Fl. Sybarim *Cochile*, & Cra-
thin *Crati*. Aquis obruta est à Crotoniatis, vt ait
BARI- Strabo lib. 6. tam potens vt 4. gentibus vicinis im-
perarit, & 25. vrbibus, 300. hominum millia eduxe-
rit contra Crotoniatis, & supra Crathin 50. stadio-
rum circulum impleuerit. Ab indigenis reparata di-
TA- cta est Thurij, à Ro. Copiæ: hodie locus *Sybari Roui-
nata*, quo loco fuit Thurium, nam vera Sybaris erat
RVM. ad dextram Fl. Sybaris vbi *Torre Brodogneto*. De Sy-
baritarum luxu lege Ælian. in variâ, & hist. Animal.
A Thurio dictus est Thurinus pagus, & Ager Came-
ra, seu Camere.
- V R- POTENTIA, incolæ Potentini: *Potenza*.
B E S Abellinum Marficum, incolæ Abellinates cognomen-
to Marfi: hodie *Marfico*.
- M E- LANGARIA, incolæ Langarini, & Langaritani non pro-
D I- cul à pago Thurino, & Grumento: *Nogara*, seu *No-
cara*.
T E- Acalandra, seu Calafarna, sed corruptè: *Salandra*.
R A- Cælianum: *Cigliano*.
N EÆ. GRVMETVM: hodie *Clarimonte*, fortè Suponaria Ptol.
ad hanc vrbem Sempronius feliciter confligit.
Opinum: *Opido*.
- FLV- BRADANVS, Brada Antonino, Lucaniæ & Apuliæ li-
mes: *Bradano*.
- VII Casuentum: *Basiento*.

- SY- Alacandrum: *Salandrella*, seu *Salandra*.
 Cyliftarnus: *Racanello*, Langariam alluens.
 BARI- Aciris, Acidios Antonini: *Agri*.
 SIRIS, postea Seninus dictus: *Senno*.
 TA- SYBARIS: *Cochile*.
 CRATHIS: *Crati*, excipiens Busentum *Busento*, de quo in
 RVM. Nouâ.

§. 5. *Brutij*: la Basse Calabre, ou Vltérieure, & quelque peu de celle de deçà.

NVM. I. *Brutij Cis-Montani*, olim *Hipponienses*, & *Rhegini*, hodie la Basse Calabre ou Vltérieure vers l'Occident, & quelque peu de la Citerieure, ou de deçà.

- VR- Cerilli, & Cerelli. & Carellæ: hodie *Cirella*.
 Clampetia, Liumo Dampetia, sed inter ignobiles vrbes accensetur: hodie *Torano Barrio*.
 BES TEMP^A, & Temese Colonia, celeberrima ciuitas veteribus: de quâ lege pulchram fabulam apud Pausaniam in Eliacis de manibus cuiusdam socij victi ab Euthymo: hodie locus *Torre Loppa*.
 RITI- TERINA, à quâ dictus Sinus Terinæus, 2. millibus pas. à Mari, sed ad Fl. hodie *Nuceria Barrio*.
 MÆ Portus Herculis ex descriptione Strabonis est *Tropea*.
 HIP- Emporia Nauale Medamæ; dubitat Cluuerius an non sit idem cum Portu Orestis: hodie *Bagnara*.
 PO- METAVRVM ad Fl. cognominem, & ad eius ostium; hoc quidam locant in Mediterrancis, & aiunt dici *Oppido*.
 NIEN- Taurianum, seu Tauriana, cuius rudera ad oppidum *Parma*, seu *Palma*.
 SIVM, SCYLLEVM nomen habet à Scyllâ quæ saxum est, vel scopulus in freto Siculo: hodie Scylleum est *Sciglio*.
 & Hoc oppidum muniit Anaxilaus Rheginorum Tyrannus contra Tuscos, & eo arcuit prædones à Freti traiectu.
 RHE- COLUMNA RHEGINA, Græcis Posidonium, hoc est
 NNnn ij

- G I- Neptunium Straboni *εουλis Πηγίων* : putat Cluue-
 rius hodie dici *Colonna*.
 RHEGIUM Col. cognomine Iulium *Reggio*, incolæ Rhe-
 gini dicti, cum alij dicantur Rheginenses. Solinus
 putat à Chalcidensibus conditum. Multi putauere
 dictum à *ρήγιμος frango* : quòd hîc Sicilia reuulsa sit
 ab Italiâ, sic Plinius, & Strabo : hic tamen addit
 RVM. aliam causam quòd Samnites iam vtentes linguâ
 Romanâ appellarint illam Regiam *Βασιλειον*. Adiace-
 bat vrbi Mineræ templum nobile, ait Thucydides.
 Lametum, aliter Lampetes : *Capo Souano*.
 PRO- Cænis Straboni, & Plinio, Ptole. Scylleum, malè apud
 MON- Stephanum Insula ad ipsius freti angustias : *Coda della*
 TO- *Volpe*.
 RIA. RHEGIUM : nunc *Capo dell' Armî*.
 LEUCOPETRA, aliter BRVTIVM, in quo desinit alte-
 rum Apennini cornu : hodie *Punta della Saetta*.
 FLV- Oeinarus, aliter Sabatum Antonino : *Sauato*.
 Lametus : *l' Amato Fiume*.
 VII. AQVÆ ANGITIÆ : nunc *Aque della Fico*.
 Angitula : *Angitola*.
 Metaurum Stephano Metauros : hodie *Marro Fiume*.
 S I- LAMETINVS, aliter TERINÆVS, sed à diuersis vrbibus :
 cum Antiochus apud Strabonem Napitiuum vocat,
 NVS. vt & Dionys. lib. 1. Apud Ptolemæum vocatur Hip-
 poniates, à Cicerone Vibonensis : hodie *Golpho di*
Santa Eufemia.
 VR- Lametia, aliter Lampetia, vrbs Oenotrorum : hodie
Cetraro Barrio : sed Cluuerius putat esse *S. Eufemia*.
 BES HIPPONIVM, seu VIBOVALENTIA, & Vibona, *Monte*
Leone, condita à Locris, dicta à Ro. Vibo Valentia.
 Incolæ Græcis Hipponiatæ, Romanis Vibonenses.
 Eius nauale Beuonam Procopius vocat, quod extru-
 ME- ctum ait Strabo ab Agathocle Siciliæ Tyranno : ho-
 DI- die *Aimona*, quam malè pro Hippone sumit Lean-
 der. Colonia erat & Municipium : è regione Hip-
 ponij erant Insulæ Ithacetiæ, Vlyssis Specula, qua-

- rum meminere Plinius, & Solinus.
- TER- Nicotera: *Nicodro*.
- R A- Medama, aliter Medma, seu Mesma: *Rossarno*.
- NEÆ. MAMERTVM, & MAMERTIVM, cuius meminit Strabo, hodie *Martorano*: ad hanc urbem extendit quoque Strabo SILAM sylvam, vnde Pix Brutia dicta; retinet adhuc nomen circa Consentiam.
- NVM. 2. *Bruti Transmontani, ubi olim Locri, & Crotoniate, hodie partie de la Basse Calabre vers l'Orient, & vn peu de la Haute.*
- V R- RUSCIANVM Procopio, Roscianum Antonino, aliter
- BES Ruscia Procopio, & eidem Nauale Thuriorum: hodie *Rossano* Archiepiscopalis.
- M A- RITI- Crimisa à Philoctete condita, & antea dicta Chone,
- MÆ vnde populi Chones, de quibus suprâ; in eâ templum Apollinis Alxi: hodie eius locus *Loziro*.
- CRO- T O- CROTONA, seu CROTON, incolæ Crotoniatæ: hodie *Cortone*. Olim ciuitas amplissima Liuius, scilicet 12. mil. pass. Flumine media eluebatur, & arce munita erat. Aëris saluberrimi, vnde paræmia *Salubrior Crotone*; hinc nobiles Athletæ, & pugiles inter quos excelluit miraculum roboris Milo inde dictus: ad hanc urbem montes Latymnus, & Phycus.
- NIA- T A- RVM, & L O- CRO- RVM. Tracis Tracuntis, ad quem confedere Sybaritæ per seditionem expulsi, sed hinc eiecti à Brutiis, cum hinc aliquandiu confedissent, hodie *Triunto*.
- FLV- VII Crimifus: *Fiunica*.
- CRO- Neæthus: *Neeto*, sic dictus quod hinc Græcæ mulieres captivæ naues Græcorum incenderint; à *vai*, & *aiwa*.
- TO- Æfarus: *Esaro*; cuius ostium Stomalimnum, & portus Æfarus cuius Strabo meminit.
- NIA- Targines: *Tacina*.
- T A- Semirus: *Alli*, vnde ei affixum oppidum etiamnum dicitur *Simari*.
- RVM, Sagra: *Sagrano*, ad quem templum Castoris & Pollucis qui adfuere Crotoniatibus pugnantis: de his legantur Strabo lib. 6. & Iustinus xx.

- &
L O-
CRO-
RVM.
- Eleporus: *Alaro*, ad quem Græci Itali victi à Dionysio, ut ait Polyb. lib. i. vbi interpret Latinus malè Eleorum vertit.
- ALEX, aliter Cæcinus, & Carcinus, & Cæcinum: hodie *Alece*: quondam Locrensem agrum à Rhegino diuidens, de cuius cicadis in Admirandis agemus.
- Crimisa: *Capo dell' Alice*.
- LACINIVM: *Capo delle Colonne*; celebre ob templum Itionis ditissimum teste Strabone: dicitur aliter CROTONIS, & DIOSCVRIAS; de eo vide Cluuerium, & de Insulâ ei appositâ. De eius diuitiis, regulis marmoreis, armentis, columnâ aureâ, vide Liuium & Diodorum; de arâ in Admirandis dicemus.
- PRO-
MON-
TO
RIA
- CRO-
TO
NIA
- IAPYGVM { 1. à Lacinio, *Capo della Naue*.
tria pro { 2. *dell' Orignano*.
montoria { 3. *Rizzumo*.
- TA-
RVM,
- SCYLLACIVM, aliter SCYLLACÆVM, hodie *Capo de Squillaci*, vel ut aiunt recentes Tabulæ, *di Stallati*, à vicino oppido.
- &
- L O-
CRO-
RVM.
- COCYNTVM Appiano, aliis Coccinum, & Cæcinum, & Carcinum, totius Italiæ longissimum, ut quidam aiunt, inquit Plinius: hodie *Capo di Stillo*.
- ZEPHYRIVM, quod malè Auienus cum Leucopetrâ confundit: *Capo Burzano*.
- HERCVLIS Promontorium, vbi vela mutantur à nauigantibus ait Strabo: hodie nomen habet *Capo di Spartimento*, à ventis dispertiendis.
- S I-
NVS
- SCYLLACIVS, & Scylleticus, inter Lacinium & Cocyn-
tum Promontoria: *le Golfe de Squillaci*.
- LOCRENSIS, aliter BRVTIVS, inter Leucopetram & Co-
cynum: *le Golfe de Girazzo*, seu *Girace*.
- TARENTINVS, inter Promontoria Sallentinum seu Ia-
pygium, & Lacinium: hodie *Golfo di Taranto*.
- MONS
- CLIBANVS, excursio Apennini montis ad Lacinium
Promontorium: hodie nomen commune retinet
Apennino.

- Muranum ad fontem Fl. Sybaris: *Murano*.
 Interamnium inter Fluuios Sybarim & Æfarum: hodie
ruine urbis S. Antonij.
- V R- Caprasia, Caprasia, & Caprasis: *Tarsia*.
- BES- Dedisæ, vrbs ignobilis Straboni: hodie *Bisignano*, quæ
 latinè nunc Besidianum.
- M E- COSENTIA, caput Brutiorum Liuius, Straboni, Plinio,
 Appiano; incolæ Cosentini: *Consenza*.
- D I- Brustacia vrbs Oenotrorum Stephano *Briatico*, aliis *Vm-*
briatico.
- TER- Siberina, seu Siuerina, cuius vina laudantur à Plinio,
 sed corruptè Seruitina vocantur, pro Seuerinianis:
 hodie *Santa Seuerina Cluerio*.
- R A- PETELIA, & Petilia, quondam Lucanorum caput Stra-
 boni, de ea Maro:
- NE Æ *Parua Philoëtete subnixa Petilia muro*.
 In montes Peletinos, seu Petelinos, se Spartacus re-
 cepit: Leander putat fuisse vbi hodie situm est *Belca-*
stro oppidum.
- CRO- SCYLLATIUM, antea Scylletium, colonia Athenien-
 sium ante Menesteo: putat Seruius dictum esse à
 TO- Virgilio Naufragum Scyllaceum, quòd hinc Vlysses
 NI A- de fragmentis naufragij sui urbem extruxerit, vel
 T A- certè à periculi similitudine cum Scyllâ: hodie *Squill-*
aci; à quo non procul locus vbi fuit portus dictus
 Annibalis, vbi breuissimus est Brutiorum Isthmus.
- RVM, Cocyntum, aliter Cæcinum, & Carcinum: *Stillo*.
- & CAVLONIA, priùs Aulonia, & Aulon Achæorum opus;
 à conualle, quæ est Græcis *Αὐλών*: hodie *Castro Vetere*.
- LO- LOCRI cognomento EPIZEPHYRII à Prom. Zephy-
 rio: eius incolas volunt alij oriundos à Locris Opun-
 tiis, alij ab Ozolis; pro Opuntiis facit quod *Naricy*
 vocentur à Marone & Cicerone, at Naryx quondam
 dicta est Opus ait Seruius; certè Stephano Naryx vrbs
 Locrorum Opuntiorum est, Priùs Zephyrium Prom.
 CRO- accoluerunt illi Locri, mox translati sunt ad mon-
 tem Esopin, ait Strabo: locus hodie dicitur *Gierazzo*,
 seu *Girace*, præterlabente Fl. cognomine, ad cuius

ostium erat portus Locrorum.

Decastidium: *Castidio*.

RVM. Peripolium ad Fl. Alecem Thucydidi; vrbs capta ab Atheniensibus contra Locros depugnantibus: hodie *Mandolaia*, non *Bona Cluuerij*, hæc enim non est ad Fl. *Alece*.

CAPVT X.

De minoribus Insulis adiacentibus Italia.

INSV. LÆ AD APV- LIAM.	DIOMEDEÆ sic dicta à Diomede Rege Ætolia, qui à suis eiectus tandem hinc mortuus est, & sepultus, cuius sepulchro primùm Platanus adhibita est. De auibus Diomedis dicemus in Admirandis. Quidã duas admittit vt Strabo, Plinius; Ptol. quinque; malè Seruius addit iis Electrã quæ est in sinu Tarentino.	Diomedea vbi sepulchrum Diomedis: <i>San Domino</i> . Tremereus cuius meminit Tacitus, & Iuliam Augusti neptẽ hinc 20. annis ait vicitasse: <i>Tremiti</i> . Teutria cuius meminit Plinius: <i>Caprara</i> .
------------------------------------	--	--

INSV. LÆ	ELECTRIS, seu Febra in conspectu Tarentinae vrbs non longè à Calabria Seruio, vbi ait malè quæ Diomedas habitare: <i>hodie non comparct</i> .
-------------	---

AD	OENOTRIDES INSVLÆ } Pontia: <i>Pontia</i> . sic dicta ab Oenotris populis } Iſcia: <i>Iſcia</i> .
----	--

L V- CA- NIAM.	LEVCOSIA, aliter LEVCASIA, sic dicta ab vna è tribus Sirenis quæ hinc sepulta, vt ait Plinius, & alij: Dionys. Hal. lib. I. à consobrinã Æneæ: hodie <i>la Licosa</i> , saxum asperum & sterile.
----------------------	--

INSVLÆ	ÆNARIA, Homero, vt ait Plinius Inarime, & ab alijs Græcis Pithecusa, vel Pithecusæ: & Ænaria dicta est à statione nauium Æneæ: sed Ouidius, Liuius, Mela, Ænariam, & Pithecusas distinguunt, confudit Appianus 5. Ciuil. In medio Ænariæ mons Epopeus: Pithecusæ vocatæ sunt à Πιθηκούς <i>Simis</i> . Ab Homero Inarime, vel melius Ari-
--------	---

A. D. CAMPANIAM.

Arime 2. Iliados, quæ idem significat; nam, ait Strabo, *Arimos* linguâ Etruscâ *Simiam* sonat; quod tamen Plinius negat, & Pitheculas dictas esse à figlinis doliariorum contendit: hodie *Ischia*.

PROCHYTA, quondam pars Pithecularum, sic dicta quòd ab eis prognata sit *Προχυτα*: Scholiastes Pindari hanc cum Pitheculis confudit: hodie *Procita*, & *Procida*.

Nefis in sinu Puteolano cuius sæpe Tullius in epistolis meminit: hodie *Nisita*.

Megarum, Magalia Statio: hodie *Castel dell' Ovo*. Arx Neapolitana.

CAPREÆ, Græcis *Καπρία*, & *Καπρια*, & *Καπρία*, olim Neapolitanorum, sed hanc cum Ænariâ permutavit Augustus, ut tradit Sueton. ob miraculum: secessu Tiberij & turpissimis libidinibus famosa. In eâ habitaverunt olim Teleboæ (ut aiunt Tacitus, Virgilius, & Stadius) qui eò ex Echinadibus commigrarunt.

SIRENUM SCOPULI, seu Saxa, aliter Sirenum 3. exigua & saxosa Straboni: fortè hodie *Gallo* & *San Pietro*, tertia non appellatur.

PALMARIA, maximè omnium Occidentalis: *Palmaruola*.

INSV- PONTIA celeberrima, & ex quâ duæ aliæ dictæ sunt in plurali Pontia. In eam missa Colonia V. C. 441.

LÆ Exiliis fuit memorabilis, & huc suas sorores Caligula relegavit; sed ab exilio martyrum nobilior extitit: *Ponza*.

A D SINONIA, magis in Orientem, & Caietam procurrans *Sanone*.

L A- PANDATARIA, in Orientem remotior, unde à Plinio in sinu Puteolano collocatur: ad eam perrexit Caligula ad reportandos matris, fratrisque cineres: hodie *S. Marie*.

IN- ILVA: *Elbe*; Insula inexhaustis Calybum generosa metallis, ait Maro 10. Æneid. S. Gregorio Dial. lib. 3. cap. 11. *Elba* dicitur; Plinius asserit vocari à Græcis Æthalam, sed Strabo, & Ptolemæus eas distinguunt, & duas efficiunt Insula. *Parall. Geogr. Tom. 11.*

OOOO

las : certè apud Strabonem ex Ptolemæo irrepsisse vocem *Ιλθα* suspicatur Casaubonus. In Æthaliâ Strabo agnoscit portum Argoum, Cluerio *Porto Ferrato*, Ortelio *Porto Longone*.

IGILIVM apud Plinium corruptè Ægilium, & item apud Melam Igmium, cuius meminit Cæsar 1. de bello ciuili: *Giglio*.

Dianium, & Artemisia, & Artemita: *Gianuti*.

PLANASIA, seu Planaria: *Pianosa*, vbi agrestes Pauones Varioni. In eam proiectus Agrippa ab Augusto rudis bonarum artium, & corporis robore stolidè ferox, ait Tacit.

lib. 1. Ann. dicta est *Ἰπὸ τῆ πλανᾶν*, quòd *specie sua falleret*. Oglasa Plinio scopulus excelsus: nunc *Monte Christo*.

CAPRARIA, seu Caprasia, hodie *Caprara*, seu *Capraia*, sic dicta à Capris syluestribus, vt ait Varro: de ea impiè Rutilius *Squallet lucifugis Insula plena viris*.

VRGO Plinio, Melæ, Capellæ; Goron Rutilio *inter Pisanum Cynnicumque latus*; Orgon Stephani est: hodie *Gorgona*.

Menaria: *Meloria*.

Columbaria, apud Melam corruptè Carbania; & alia dicta Vernaria, quarum meminere Plinius & Capella; harum nescit Cluuerius vtra sit *Palmarolo*, & *Troia*.

CAPVT VNDECIMVM.

De Sicilia & minoribus Insulis ei adiacentibus.

§. 1. *Historica descriptio Sicilia.*

QVÆREMYS hîc more nostro, de eius nomine, quantitate, qualitate, politiâ in quâ de eius populis, ac denique de eius *Fictio*.

NVM. 1. *Nomina Siciliae.*

TRINACRIA, primùm dicta fuit Polyb. lib. 6. Diod. 5. Halic. 1. quæ vox Græcè variè effertur Homero *Θρινακία*, Dion. Afro *τρινακία*, Straboni *τρινακίς*: sic dictam suspicantur aliqui à Rege Trinaco, alij *Ἰπὸ τῆς θρινακίος*, vel *τρινακίος* à similitudine Tridentis,

meliùs sic dicta videtur voce leuiter inflexâ à tribus Promontoriis, Peloro *Capo di Faro*, vel *Capo della Torre di Faro*, Lilybæo *Capo di Marsalla*, & *Capo Boeo*, & Pachyno *Capo di Passalo*. Hinc Triquetram Lucretius dixit, Græcis τριπέδιρος, *Triuertex*, τριγώνων *Tricuspis*, τριπλευρος *habens tria latera*, τρικέρατος *Triceps*, & τριλόφος *Tricollis*; Claudiano *Trisulca* canitur.

SICANIA, à Sicanis, in quam Thucydides lib. 6. Iberos putat à Sicano Fl. aliter Sicori accersitos, de quibus paulò pòst.

SICILIA, à Siculis qui ex Italiâ depulsi eam Insulam occuparunt.

A Poëtis aliquando *Aethnea* dicitur ab eius famosissimo monte; sic Martialis, & Claudianus, vt Græcos omittam.

NVM. 2. *Quantitas Siciliae.*

OMNIUM Insularum interni Maris maximam vocat eam Strabo lib. 2. & alij vulgò; Scyllax ei prætulit Sardiniam, & Siciliae tantum secundas dedit; certè Diodorus Sardiniam ferè Siciliae exæquat.

Mensura antiqua Siciliae.

LATVS	}	Diodoro Siculo cexii. Mil. Pass. cum Pass. D.
BOREA-		Pofidonio ducenta viginti quinque Pass. Mil.
LE		Plinio centum septuaginta Pass. Mil.
à Peloro ad		Marciano Heracleota centum quadraginta tria Pass. Mil.
Lilybæum,		Vetere Chorographo, ducenta sexaginta quinque P. M.
continet ex		Ptolemæo, ducenta sexaginta quinque Pass. Mil.

LATVS	}	Diodoro, centum octoginta septem P. M. cum Pass. D.
AVSTRA-		Strabone, centum nonaginta tria P. M. cum Pass. 750.
LE		Plinio, ducenta Passuum Millia.
à Lilybæo ad		Vetere Chorographo, centum sexaginta quinque P. M.
Pachynum,		Ptolemæo, centum quinquaginta quinque P. M.
continet ex		Æthico, centum septuaginta quatuor P. M.

LATVS	}	Diodoro, centum quadraginta duo Pass. M. cum Pass. 500.
ORIEN-		Strabone, centum quadraginta & unum M. P. & 250. P.
TALE		Plinio, centum sexaginta sex Pass. Millia.
à Pachyno ad		Martiano, centum sexaginta sex Pass. Millia.

OOOO ij

Pelorum,
continet
ex

Chorographo, *centum sexaginta nouem Pass. Mil.*
Ptolemæo, *centum sexaginta quinque Pass. Mil.*
Æthico, *centum sexaginta nouem Pass. Mil.*

AMBI-
TIVS
TO-
TIVS
SICIL-
LIÆ,
continet
ex

Diodoro, *quingenta quadraginta duo Pass. M. cum Pass. 500.*
Posidonio, *quingenta quinquaginta Pass. Mil.*
Agrippâ, *sexcenta decem & octo Pass. Millia.*
Plinio, *quingenta triginta sex Pass. Millia.*
Chorographo, *quingenta octoginta nouem Pass. Mil.*
Ptolemæo, *quingenta octoginta sex Pass. Mil.*
Solino, *trecenta septuaginta quinque P. M. vel 400.*
Isidoro, *trecenta septuaginta quinque M. P. vel 400.*
Thucydide, *haud multo minor octo dierum circumnauigatione.*

N V M. 3. *De qualitate Siciliæ.*

FERTILISSIMA ceteris & vini, vnde tota *Cereri & Libero consecrata est* Tullio, Diodoro, &c. Ideò Cato apud Ciceronem eam *cellam penariam Reip. & nutricem plebis Romana* dixit, immo & *pro arario esse* putauit. Tamen Lycophron in eius parte solitudines admittit.

DIVES. Primò propter *Oues & Armenta* quibus plena erat; hinc fabula de bobus Solis apud Hom. *Odyf. 9. & 12.* Strabo ait *pellibus* abundare. Secundò *Melle* quoque diues fuit Straboni & Apuleio, & quis mel *Hyblæum* nescit? Tertiò denique *Croci*, hinc copia incredibilis elata est, vt videbimus in Admirandis.

POPVLOSA. Quinque in eâ fuisse Colonias & vrbes 63. tradit Martianus Capella; immunes ciuitates apud Plinium lib. 3. legit Pintianus 73. sed plures suggerunt Ortelius, & Cluuerius. Liiuo teste tempore 2. belli Punici 66. numerabantur: Diodorus ipse Siculo Syracusis, & aliquot aliis omissis proponit 67. sed earum pleræque defecerunt: nam Constantinus Porphyrogenetus ait suo tempore tantùm 22. stare, sed Panormum omittit cum Sarracenorum Regiam, vnde probabile est alias prætermisisse.

N V M. 4. *De moribus Siculorum.*

DICACES erant in primis, & scommatis dediti Siculi, vnde

Gerræ Siculæ in Prouerbiū abiēre *Ciceroni*. Authores fuere artis Oratoriæ, & Bucolici carminis, vt aiunt *Aristoteles* & *Diodorus*, catapultæ *Plutarcho*; illustratæ picturæ & tonsuræ *Plinio*.

Siculi suspiciosi sunt, inuidi, tetrici, ad contumeliam & ultionem faciles, principum assentatores, Tyrannidis amatores, & suo commodo quàm publico addictiores, desides, nouitatis cupidi, &c. quæ congesta cum testimoniis veterum leges apud *Fazellum* prioris *Decadis* lib. 1. cap. 7. Item lautioribus epulis addicti erant Siculi, vnde abiit in Prouerbiū Σικελικὴ τραπέζα, ἢ Συεγκοσία. Mensarum Sicularum meminere *Athenæus* lib. 12. *Lucianus* in *Dialogis*, *Plato* *Polit.* lib. 3. & alij. Præterea in conuiujs suis pergræcabantur, vt ait *Aristoteles*, & meretricibus vacabant, vt innuit *Plautus* in *Rudente*.

N V M. 5. De populis qui olim Siciliam incoluerunt.

ANTIQUISSIMI populi Siciliæ fuere Cyclopes, Lestrygones Phæaces.

CYCLOPES principio Siciliam incoluerunt, sic *Iust.* lib. 4. vixere autem Cyclopes ad montem Æthnam; neque seminabant, neque metebant, sed frugibus sponte natis vescebantur, & lacte; speluncis pro domibus utebantur, vt intelligitur ex *Euripide* in *Cyclope*. Gigantes erant, & eorum corpora multa effossa sunt in Sicilia, vt docet *Fazellus*, & dicemus in *Admirandis* libro sequente: quando autem desierint ignoratur.

LESTRIGONES Cyclopibus adiungit *Thucydides*, sed ait nesciri vnde venerint: certè *Plinius* lib. 3. cap. 8. agros circa *Leontinos* vocat *Lestrygonios* campos. Aliqui tamen eos ex Italiâ educunt vbi habitauerunt ad montem *Circæum*; eorum Rex *Antiphas* fuit monstrum crudelitatis imperans hominibus barbaris, & feris. Hi quoque desierunt, aut exterminati sunt.

PHÆACES habitauerunt in *Hyperia*, vt ait *Homerus* *Odyf.* 6. sed vbi gentium hæc *Hyperia*? *Vibius Sequester* ait *Camarinam* antea *Hyperiam* appellatam esse; vixere ergo in parte *Insulæ Meridionali*: de his iterum agemus in *Melitâ Insulâ*.

SICANI prædictis successere quorum Rex *Cocalus* fuit, sic *Iustin.* lib. 4. Venerunt autem ex parte *Iberix* ad *Sicorim* fluuium, vt tradunt *Thucydides*, & *Diodorus*, ac *Insulam Trinaciam* aut

Trinacriam dictam de suo nomine Sicaniam dixere. Contra prædictum Cocalum Minos Cretensis pugnavit, unde & CRETENSES, Rege suo cæso, in Siciliam constiterunt, ut ait Diod. Sic. lib. 4.

SICVLI superuenere, & MORGETES, vtraque gens Italica ex Latio profecta: hi expulsi primùm ab Aboriginibus, deinde ab Opicis, ac demum ab Oenotriis & Iapygibus in hanc Insulam transfere. 3. ætate ante bellum Troianum, hoc est annis 81. Hi videntur cum Sicanis conuenisse, & communem vtrique populo fuisse Regem, ut satis bene Cluverius probat. Morgetum vestigia putant restare in vrbe Murgantiâ.

HELYMI quoque Troiani origine paulò post Siculos venerunt, & sic appellati sunt à filio Notho Anchisæ Helymo: hi venienti Æneæ occurrerunt, ut ait Diodorus, & Simoenta & Scamandrum flumina nuncupauerunt.

PHOENICES quoque vel hoc tempore, vel paulò post ex Asiâ eò appulere, ut testantur Diodorus, atque Thucydides, quorum in auxilium postea venire forsan Carthaginenses.

GRÆCI, & eorum primi Chalcidenses eò accessere, & condidere Naxum aliâsque ciuitates multas, unde factum ut Sicilia magnæ Græciæ accenseretur, & pars eius crederetur, ut ait Strabo; quando factum ut omnes tam Græci, quàm Barbari Σικελιώται nominarentur; quamquam hæc vox potius Græcis aptaretur, quæ rectè potest Latine verti *Sicilienses*.

POENI quoque, seu *Carthaginenses*, magnam eius Insulæ partem obtinuerunt, & inde multas clades intulere Græcis, multas acceperunt. Siculi interim sub suis Tyrannis vixere vtentes triplici linguâ Græcâ, Punicâ, & Sicelioticâ, unde *Trilingues* appellati sunt Siculi: præualuit tamen linguâ Græca, Siculis & Pœnis Græcam linguam addiscentibus, Græcis vtramque linguam aspernantibus.

ROMANI demum Tyrannis vsi sunt sociis, & amicis, & post crudelissima bella cum Pœnis, eam demum in prouinciæ formam rede gere; factâque est prima prouincia, ut quidam putant.

N V M. 6. De Fretto Siculo.

SICILIAM annexam quondam fuisse Siciliæ præter Poëtâs Maronem, Ouidium, Silium, &c. tradunt quoque Mela, Seneca,

Strabo, Festus Pompeius, & alij, sed omnes dubiè locuti sunt. Probare id conatus est Tho. Fazellus in suâ Siciliâ, sed argumentis parum firmis quæ confutavit Marianus Vulgarnera; præcipuum argumentum, quo id negetur sumitur ab amplitudine terræ frangendæ ad 20. aut 25. Pass. Mil. à *Sciglio*, ad *Capo d'Armi*, item à portu Messanæ sic excavato: addit Cluverius aliam rationem petitam à fluuiolis in Fretum ex Apennino defluentibus, nam ante hanc separationem quò defluebant?

NOMEN. Dicitur vulgò Fretum à similitudine feruentis aquæ, inquit Varro lib. 6. de linguâ Latinâ, SICVLVM Scymno, & aliis, Aristoteli FRETVM INTER SICILIAM & ITALIAM, Ciceroni SICILIENSE, Platoni SCYLLÆVM, quomodo & dicitur apud Tullium, & Athenæum: Lycophroni TYRRHENVM, Orosio HADRIATICVM, Salustio RHEGINVM, Thucydidi CHARIBDIS Fretum, Manilio denique IANVA MARIS IONII.

LONGITVDO huius Freti est Plinio XII. Mil. Pass. lib. 3. cap. 8. vbi S. Hieronymus de locis Hebraicis xv. Mil. Pass. legisse videtur, loquitur autem *Plinius* de Scyllâ ad Charibdim.

LATITVDO, Plinio lib. 3. cap. 8. circa Columnam Rheginam M. D. P. & capite 4. huius libri, XII. stadiorum, Polyb. quoque lib. 1. & Scyllax, 12. admittunt stadia; Diod. lib. 4. stadia XIII. Isidorus lib. 13. Orig. cap. 18. tria Millia Passuum vbi arctissimum; Thucydides 20. ferè stadia: Strabo 7. stadia, quod & ait Scholiastes Apollonij; Homerus Odys. 12. ait iaculo posse attingi; Silius auditi ab vnâ parte ad aliam volucrum cantus. S. Hieronymus duorum Mill. Pass. ait esse, sed Beda hanc latitudinem professus transcribere ex S. Hieronymo M. D. restituit.

CHARIBDIS in genere est Gurges quo aqua absorbetur, sic Favorinus, Didymus, Eustathius; quod intelligitur ex aliis locis; nam locus quo hauritur Orontes Fl. in Syriâ dicitur Charibdis Straboni, & Suidæ mare subsidens, & absorptum circa Gadeis Charibdis est. Propriè tamen dicta *Charibdis* erat vortex in freato Siculo ad Messanam, vt Scylla versus Rhegium, vnde nota paræmia *incidit in Scyllam cupiens vitare Charibdim*. Poëtæ fingunt hîc aquam ter egeri, ter sorberi, sic Hom. 12. Odys. Virg. 3. *Æneid.* de fabulis consule Mythologos. Salustius ait eò illata naufragia occultis gurgitibus 60. Mil. Pass. Taurominia ad littora reddi, quod & Strabo firmat lib. 6. ideòque notat hoc littus dici *νοταπλῆ*

Sterquilinum : vide & Senecam epist. 79. sed vt omittam fabulas Charibdis, nihil erat quàm Siculum fretum fluxum patiens, & refluxum, vt ex Thucydide, & Eustathio rectè colligitur: Seneca docet quiescere Austris non flantibus; quod autem Poëtae *ter* cecinere, *his* dicere debuerunt. Causam huius fluxus & refluxus refundunt in spiritus inclusos iis terris, quibus & incendia Æthiæ ventilantur, Iustinus, & Eustathius: Aristoteles & Strabo in Solem & Lunam. Hodie locus Charibdis dicitur *Calofaro* à Pharo hîc excitata.

§. 2. *Descriptio Geographica Siciliae.*

NVM. I. *Latus Boreale Siciliae, la coste de Palerme.*

- | | |
|--------|---|
| V R- | Naulochus, Naulochum, & Naulocha, quæ vox significat nauium stationem: hodie os fluuioli <i>Malpuritto Fiume.</i> |
| B E S | Templum Facelinæ Dianæ, sic dictum vel à Face, vel à Fasce, in quo aduectum simulachrum ex Tauricâ; ad hoc castra habebat Sextus Pompeius ab Agrippâ victus: <i>igitur locus inter Naulochum & Mylas.</i> |
| O R Æ | MYLÆ oppidum & peninsula: <i>Milazzo</i> ; incolæ Mylæi Myletani, & Mylienses: in eâ Insulâ Solis boues pascebantur, & hîc erant eorum stabula. |
| B O- | TYNDARIVM, seu Tyndaris incolæ Tyndaritani; col. ab Augusto victo Sexto Pompeio: <i>S. Maria di Tyndaro, Agathyrnum, seu Agathyrna, vnde regio Agathyrnensis: S. Marco.</i> |
| R E A- | ALUNTIVM, & Haluntium, incolæ Haluntini Ciceroni eius rudera 5 Mil. infra <i>Fanum S. Philadelphi</i> , è regione <i>Rosmarini.</i> |
| L I S | CALACTA, hoc est pulchrum littus, incolæ Calactini, & Calatini, vrbs ipsa Calata Tullio rudera circa <i>Caroniam. ALÆSVS, & Alefa, incolæ Alæfina; hæc magnæ olim potentia fuit: Caronia Fazello.</i> |
| | HYMERA à Zancianis condita, de quâ vide Diod. lib. II. à Pœnis excisa, sed restituta à ciuibus ad dextram Himeræ Fl. ripam vbi Thermae Himerenses: <i>Termini.</i> |

So-

- Solus, untis, seu Solois, Romanis Soluntum, & Solentum, incolæ Solentini, hodie *Solanto*; Phœnicum ciuitas.
- SICI- PANORMVS: *Palermo*, sic dicta quòd pulcherrima statio hîc esset πένυ ὄρου ait Diod. quare scribi deberet Panormus, vt fecit Plinius; dicitur & Panormium, ad hanc Ercta mons & castrum, hoc est Latinè carcer: hodie *monte Pelegrino*.
- L I Æ. Hiccara oppidulum, seu Hiccari, à piscibus Hiccis dictum: hodie *Muro di Carini*.
- LI Æ. Segestanorum Emporium: *Castel à Mare*.
- LI Æ. DREPANVM, & Drepana, orum, sic dicta à curuitate littoris, vel à falce Saturni, aut Cereris: hodie *Trapani*; munita est ab Amilcare, eò translatis incolis Erycis vrbis, cuius olim portus erat; ei adiacebat Columbaria Inf à Ro. occupata: *la Columbara*.
- MOTYA Pœnorum Colonia, vbi olim portus sat tutus: nunc *Isola di Santo Pantaleone*.
- PRO- PELORVM, & Pelorus: sic dictum à Gubernatore Annibal, quem innocentem vt proditorē interemit, Val. Max. lib. 9. cap. 8. vel à Græco πέλωρ *ingens*, seu *monstruosus*. Ei imposta erat turris Pelori dicta siue speculatrix: hîc quoque Neptuni templum celeberrimum: hodie *Capo di Faro*, vel *della Torre di Faro*.
- MON- Phalacrium: *Capo di Zasculmo*.
- TO- Cephalœdium, seu Cephaledis castellum Diodoro, πολίχμιον Straboni: *Cifalu*.
- RIA. Ægithallus: *Capo di S. Todaro*, aliter *Burruni*; malè *Fazello di S. Vito*.
- FLV- MELAS qui & Facelinus: *Nuciti Fazello*.
- MI- Longanus, victoriâ Hieronis celebris: *Fiume di castro Reale*.
- NA Helicon: *Oliuero Fiume*.
- CA- Timethus, seu Timethum: *Fiume di Nasò*.
- DEN- Chidas: *Rosmarino*.
- TIA Alæsus: *Fiume di Caronia*.
- IN Monalus: *Pollina*.

MA- HIMERA, quem malè Solinus confudit cum Australi ei
 R E prorsus opposito : hic hodie dicitur *Fiume di Termini*.
 TYR- Eleutherus : *Baiaria Fiume*.
 RHE- Oretus Vibio ad Panormum : *l' Amiraglio*.
 NVM. SIMOIS, & SCAMANDER, Ægestæ pedem alluens, Sca-
 mander : hodie *S. Bartholomao*, & *Frigidus* dictus, Si-
 mois nunc caret nomine.

NVM. 2. *Latus Australe Sicilia, la Coste de Gergenti.*

VRBES ORÆ, seu LATERIS AVSTRALIS

LILYBÆVM, vrbs munitissima decem annis à Pœno obsessa
 ait Diod. lib. 36. portus quoque nobilissimus, iuxta quem
 Sibyllæ Cumanz sepulchrum : *ex eâ extitit Marsalla vicina.*

MAZARVM, & MAZARA emporium, Stephano castellum
 Selinuntiorum : *Mazara*, vnde valli nomen.

SELINVS, untis : *Terra delli Pulci*; sic dicta à Fluuio qui no-
 men habet ab Apio *Ἰσὶ τῷ Σελίνῳ*, quod ibi multum nasci-
 tur *Vibio*, vnde Latinis dictus est *Apiarius*. Circa hanc na-
 scuntur multæ palmæ.

Inicum Regia Cocali ad quem Dædalus fugit, aliter Inictum
 ad ostium Fl. *Bellici* ad dextram ripam, cui opposita ad
 læuam Selinus.

Thermæ Selinuntiaz, seu Aquæ Labodæ, & Laxodæ, vnde
 incolæ Thermenses, & Thermitani; hæ autem aquæ fal-
 sæ sunt Straboni : hodie vicus *Sciaca*.

HERACLEA MINOA, antea tantum Minoa dicta, postea He-
 raclea, tum simul nomina iuncta sunt, à Minoe conditore
 Rege Cretenfium pugnante in Cocalum; Colo. Ro. fuit
 hodie *Heraclea*.

Camicus vrbs in quâ Cocalus regnavit, circa quam Minos
 Cretenfis mortuus : hodie *Siculiano*.

AGRIGENTVM Latinis, Græcis Agragas : hodie *Gergenti*, *Gir-
 genti*, & *Giorgenti*, condita à Gelois : de hac vide Diod. lib.
 13. Item & de eius Templo Iouis Olympij; hinc arx Om-
 phace, & emporium Agrigentinarum.

Ecnomus mons ad ostium Fl. Himeræ ad quem Dædalium
 Phalaridis castellum, vbi bos æneus Perilli seruabatur :
 hodie *Monte d' Alicata*, seu *di Licata*.

Phintia, corruptè apud Cicer. Plutia : hodie *Licata*.

PPpp ij

- SICILIAE.**
- GELA** antea Lindij, à Lindiis Rhodiensibus, postea Gela quòd multam *glaciem* gignat quæ Opicis *Gela*, Steph. & Suidas: etymologus à risu dictam ait: ab hac vrbe campi Gelenses, & Geloi: *Terra Nuoua*.
- CAMARINA**: hodie *Torre di Camerana*, ex quâ creuit *Terra Nuoua*: quàm varias vices experta sit collectum leges apud Cluuerium pag. 192. Apud Strabonem Psaumidis dicitur, quia hinc oriundus Psaumis, cui victori hymnum scripsit Pindarus. Hyperia olim dicta fuit, vt tradit Vibius Sequester, & nos suprâ inuimus.
- Caucana Portus**: *Caucona Porto*; vnde soluit tota classis Bellissarij.
- Odyssæ Portus**, seu Edissæ: *Castellucio Porto*.
- Pachyni Portus**: hodie *Motya*; huius Portus dicitur hodie *Longobardo*.
- PRO-MONTO-RIA.**
- LILYBÆVM**: hodie *Capo di Marsalla*, aliter *di Boëo*; ex quo quidam Strabo dictus videbat naues soluentes Carthagine, & earum numerum distinguebat, *Aelianus*: quod interuallum Strabo ait esse 1500. stad. Plinius & Solinus cxxxv. Mil. Pass. Certè hodie ex apice Lilybæi, qui nunc *Candidi*, videtur Pro Mercurij in Africâ, vulgò *Capo Buono* c. Mil. Pass. distitum.
- Bucra**: hodie *Capo di Scarami*, & *Scalami*, *Scarambri*, & *Scalambri*, sic enim variè scribitur.
- Odyssæ**: *Capo di Castellucio*, aliter *di Marsa*.
- FLVMINA**
- Mazara olim hiatu terræ haustus, nunc redditus Straboni: *Mazara*.
- Hipsa**: *Belici sinister*.
- Crimisus Fl.** ad quem Timoleon Pœnos deuicit: hodie *Belici dexter*.
- quæ cadunt in
- Isburtus**: *Fiume de la Calta-Bellota*.
- Halicus**, limes Græcorum, & Barbarorum: *Platani*.
- Camicus**: *Cannaro*.
- Hipsa**: *Fiume Drago*.
- MA-RE**
- Agragas**: *di S. Biagio*.
- HIMERA**, celebris pugnâ Agathoclis contra Pœnos
- Diodoro**: hodie *Salsè*.

- LIBY- Gela: *Fiume di Terra Nuova.*
 Vagedrusa: hodie *Manumuzza.*
 Achates, vbi nobiles gemmæ, vnde dictus Vibio: *Drillo.*
 CVM. Hipparis, aliter Camarina: *Fiume di Camarana.*
 Oanus, Pindaro celebris: *Frasculari, seu Frasculani.*

NVM. 3. *Ora Orientalis Sicilie, la Coste de Messine.*

VRBES ORÆ ORIENTALIS

Elorus ciuitas Syracusarum ad Fl. cognominem: hodie *Ba-
iacheno.*

Phœnicus Portus, untis: hodie *Falconara.*

Naustarmos, cui adiacebat villa Polyzellium, vbi captus De-
mosthenes dux Atheniensis: hodie vrbs dicitur *Vindicari.*

SYRACUSÆ & Syracosæ, maxima Siciliæ ciuitas, vbi duo
portus *Magnus & Paruus.* Nomen habet à lacu Syraco vi-
cino ait Stephanus; item & Scymnus, sed lacum non vo-
cat: Vibio Tyraca dicitur corruptè pro Syraca; incolis
vrbs appellatur *Saragusa*, nobis *Syracuse.* Condita est ab
Archia Corinthio. Huius vrbs partes ACRADINA, TY-
CHA, NEAPOLIS, ORTYGIA Infula vbi fons Arethusa:
EPIPOLÆ erat locus domibus vacuus vbi Latomix car-
cer, olim lapidina Tyrannorum. Vrbs Tetrapoleos
ambitus CLXXX stadiorum Straboni, hoc est XXII. Mil.
Pas. cum dimidio. De Arethusâ fonte & Alpheo Fl. Pe-
loponnesi per eum emergente, vide Mythologos: certè
id Strabo irridet vt fabulam: recentes aliqui Siculi, id
propugnare voluerunt. *Cetera vide in Tabulâ.*

TAPSVS, peninsula cum vrbe cognomine: hodie *l'Isola di
Manghisi*; humilior erat, vnde iacens à Marone nominatur.

HYBLA PARVA, quæ postea Megara, & Megaris ad Alla-
bum Fl. vbi mel exquisitissimum legebatur: eius rudera
visuntur ad ostia Fl. *lo Cataro*: aliter olim Galeotis diceba-
tur, vnde eius incolæ Galeotæ.

Xiphonia vrbs & portus: *Augusta.*

Trotylum ad Fl. Pantagiam à Megarensisibus conditum: ho-
die *Brucca*, meliùs *S. Caloiro.*

CATANA Col. nunc *Catina*, incolæ Catanenses, & Cati-
nenses, hanc alluebat Fl. Amenes Pindaro, Amenanus

Straboni: hodie *Iudicello* In eius vrbis agro campus Piorum dictus à piis liberis Amphinomo, & Anapio; is inter *Æthnam* & *Catanam* situs est.

VLyssis Portus: vbi hodie specula *Torre Lognina*; & ei scopuli Cycloporum adiacent.

Naxvs diruta à Dionysio, vrbs prima à Græcis Chalcidenfibus condita, vbi erat Apollinis Ducis, seu Archagetræ ara Thucydidi. Sita erat ad partem Borealem ostij Fl. *Frigidi*.

S
I
C
I
L
I
Æ.

TAVROMINIUM, & Tauromenium, & Tauromenia, antea Naxos, Plinio, sic dicta vrbs à colle Tauro cui imminet, & μέγαν, quia hîc diu exules constitère; excisa est à Dionysio. Celebratur Taurominitanum marmor, & Sterquilinium, seu κοπρία, de quo in Charibdi: hodie *Taormia*, sed portus Tauromitanorum est *l'Ochiso* Cluerio.

MESSANA in orâ Peloritana, olim Zancle dicta à falce Saturni, nam Sicelioticè *Zanclon*, seu *Zanclion Falx* dicitur Thucydidi, quia speciem falcis habet, sic & Strabo: postea dicta est Messana à Messeniis Peloponnesiis ab Anaxilao, vel Anaxili Tyranno Rheginorum Messenio, euocatis. Incolæ Messeni; postea Mamertini dicti sunt, Tullio teste, ab incolis Campanis qui hanc occuparunt, cùm eis signum obuenuisset Mars, lingua Oscâ *Mamers* dictus. Diodorus ait urbem dictam esse Mamertinam; an benè? Certè vrbs Messana, incolæ Mamertinidicti vulgò sunt; sed non est tali viro & Siculo deneganda fides.

PACHYNUM: *Capo di Pessaro*.

P
R
O-

Longum: hodie *Lognina*, iam Insula à continenti reuulsa.

M
O
N-

PLEMMYRIUM, Pro. & Castellum vndosum Maroni. Certè Græcis Πλημμυρία inundatio est: hodie *Massa*; ei adiacebat parua Insula sine nomine Thucydidi: hodie *l'Issola delli Castellucio*.

T
O-

TAVRVS: hodie *Capo della Brucca*, ab vrbe vicinâ.

R
I
A.

ARGENVM inter Taurominium & Messanam Ptolemæo, apud Plinium Drepanum, nam ibidem locatur: hodie *Capo di S. Alessio*.

FLV- MI- NA	Elorus: hodie <i>Abiso</i> , in quo pisces cicures qui de manu edunt; ab eo dicta TEMPE ELORIA, de quibus Ovidius.
quæ cadunt in	ANAPVS: hodie incolis <i>Alfeo</i> ; sic dictus ut ait Scholiastes Theocriti, quod pedibus transmitti queat. Alabus, & Alabis, & Alabo, onis: <i>lo Catavo</i> . MELAS: hodie <i>San Marcellino</i> . Pantagias, & Pantagies, saxa rotans Maroni: <i>Porcari</i> . TERIAS, mille passibus à Leontinis: <i>Fiume S. Leonardo</i> .
MA- RE	Eryces: hodie <i>D. Pauli</i> . SYMETHVS à Rege Symetho dictus, Servio: hodie <i>la Iaretta</i> à scaphâ quâ traicitur: hic solus ex Siciliae fluuiis triremium capax; certè eò Romani 100. nauibus ad Murgantiam venerunt.
SICV- LVM, seu	Acis, ab Aci pastore amato à Galatæâ, cæso à Polyphemò; hodie <i>Aci</i> , Siculis <i>Iaci</i> , & <i>Ghiaci</i> .
IO- NIVM.	TAVROMINIVS, aliter Onobala: hodie <i>Cantara</i> . Ad ostij ripam Borealem templum Veneris, in quo Cerræ suspensæ, de quibus vide Grammaticos.

NVM. 4. *Vrbes Mediterraneæ Siciliae.*

ERYX in vertice montis sita, vrbs Helymorum Thucydidi, in quâ templum Veneris Ericinæ, quod vrbe euersâ substitit: hodie *Trapani del monte*, ob incolas Drepanum translatos.

ÆGESTA, Ægestos & Egesta, postea Segesta, vnde incolæ Segestani Tullio, Græcis Ægestæi; condita est ab Egesto Troiano qui & Acestes dictus. Hanc Agathocles cæsis indigenis vocavit Dicæopolim: *Barbara Fazello*.

Entella, & Atalla, ab Entello comite Æneæ, in Historiis celeberrima: hodie nomen in monte retinet *Bitella*.

Macella: *Calta-Bufamar*, à Sarracenis dicta.

Magella, incolæ Magellini: *Rosmano*; vbi vestigia magnæ vrbis 5. Mil. ab Ermâ.

Triocala, Ciceroni Tricalum à tribus pulchris Diod. 36. hoc est aquâ fontanâ, agro fertili, naturâ loci munitâ: hodie *edes S. Marie à monte Virgine*, mille passibus à *Calta-Bellota*.

ALICIAE, incolæ Halycienses Cic. ciuitas immunis, sed sine foedere: *Salemi*.

Iera, incolæ Ietini, & Ietenses: *Iato*.

Schera, incolæ Scherini Tullio, corruptè Cetarini 3. Verr. hodie *Coriglione*.

MURGENTIVM, & Morgentium à populis Morgetibus dictum & conditum, aliter Murgentia: eius rudera visuntur 5. millibus ab ostio *Iarette*, & olim Symetho adiacébat.

ENCYVM, & Enguium, Eggina ciuitas Tullio, vel à solo feraci, vel à fonte scaturiente dicta: hîc templum Dearum quas vocant Matres, item & hîc colebatur Magna Mater, seu Idæa: hodie *Ingluni*, seu *Angulone*.

Petra, incolæ Petrenses, Petræa Silio: *Petraglia*, Latinè Petra Eliz.

Noæ, incolæ Noæi, Noæni, & Noenses: *Noara*.

Apollonia, incolæ Apollonienfes. videtur sita fuisse infra Calatam in Mediterrancis: *locus eius nescitur*.

AMESTRATVS, & Amastra, & Mutistratum, ab Atilio Calatino vrbs incensa, incolæ Amestratini: hodie *Mistretta*.

Tiffa, incolæ Tiffenses Ciceroni, Plinio Tiffinenses: *Randazzo*.

ÆTHNA vrbs, antea Inessum, & Inessa, Diod. Ennesia, quò demigrarunt Catanenses: hodie *Cænobium S. Ioannis de Arenis*.

Capytium, incolæ Capitini: *Capizzi*.

HERBITA, incolæ Herbitini, & Herbitenses: Fazello ex Ptolemæo *Citadella*, Cluuerio *Nicosia* ex Diodori Sic. situ, meliùs.

Agyrium: *San Philippo d' Agirone*, & *d' Argirone*; olim & Agurium, incolæ Agyrinenses Tullio: patria fuit Diod. Siculi.

IMACHARA, incolæ Imacharenfes, & Acharenfes Ciceroni: Cluuerio *Trains*; veriùs quàm *Citadella di Machari*, versus Pachynum, Fazello.

Galaria & Galarina: *Gagliano*, olim ciuitas potens Diodoro.

SYMETHVM, fortè Ameselum Diodori: *Racalbuto*.

Hadrantum, vbi Templum Hadrano Siciliae Deo à Dionys. conditum: *Aderno*; meminit eius Plutarchus in Timoleonte.

ASSORVS: *Azaro*, aliter Assorium, eius pedem alluebat Chrysus Fl. hodie *Dattaino*, qui Fl. Deus putabatur, & hîc templum habebat.

HYBLA maior, cuius oppidani Hyblæi, & Hiblenses: hodie *Paderno*.

ENNA: incolis nunc *Castro Ianni*; in colle sita vbi templum Cere-
ris

ris Straboni, loco inexpugnabili Liviò, & Siciliae umbilicus: hinc Proserpinam raptam fabulantur; certe floribus abundat eius ager, & tritico ab aliis diuerso.

Caulonia, & Callonia, & Cauloniana: *Pietra preccia.*

HYBLA HERÆA, cognomento minor: hodie *Ragusa.*

ERBESSVS supra Agrigentum cuius meminere Polyb. lib. 1. & Diodorus 20. hodie *le Grotte*, vulgò *Grutti.*

Acra à Syracusis condita: hodie *Cænobium S. Mariae d' Arcya.*

Petiliania: hodie *Caltanisseta.*

Philosophiana, seu Philosophiana Gelsenium ad Fontem Fl. Gelix: hodie *Piazza*, aliter *Chiazza.*

ERYCE, & Eryca, & Eruca, eius ruinæ in *M. Catalfano.*

Callipolis cuius meminit Herodotus, aliter Bidius dicta in agro Tauromitano: hodie *Mascalis.*

Eubæa: hodie *Lycodia*; ubi rudera ingentis urbis.

NEETVM, seu Neetum Ptol. corruptè pro Νέητοι unde Neetini Diod. Cicer. Netinenses: hodie *Neto.*

Casmena cuius meminit Herod. à Syracusanis condita Thucydidi: hodie *Scicali.*

Bidis oppidulum Tullio incolæ Bidini, Plinio Bidenses: hodie *S. Giovanni di Bidini.*

Palica, supra Palicorum Crateres, incolæ Paliceni, eius ruinæ infra hos fontes ad Austrum iacent.

Menæ, aliter Menena, & Menenum; hodie *Meneo*; condita à Ducetio Siculo, facta auctior cum Palica destructa est.

ERBESSVS, ad Syracusas celebris apud Pausaniam, Liviùm, Diodorum: hodie *Palazzuolo.*

Maetorium, cuius mentio apud Herodotum: *Mazarini.*

LEONTINI: hodie *Lentini*, Ptol. Leontium, urbs condita à Chalcidensibus, diu affectata à Dionysio qui tandem eam potitus est.

Ad hanc urbem XVTHIA terra, seu Xuthius ager; hic quoque vixere Lestrigones.

CENTVRIFE: *Centorue*, aut *Centorbe*, incolæ Centurippini, Polybio Κεντοριπια, Melæ Centuripinum: hanc Cicero nobilissimam, & ditissimam vocat, Thucydidi πολισιμα est; ex hac urbe oriundus Apuleius Celsus medicus.

Alias urbes prætermisimus: quis enim omnes posset enumerare? de iis consulatur Cluuerius Geographorum accuratissimus.

Parall. Geogr. Tom. II.

QQ99

N V M. 5. *Lacus & Fontes Siciliae.*

PERGVSA lacus, aliter Pergus, ad quem rapta Proserpina, carens piscibus, sed colubris abundans: 5. millibus ab Ennâ vrbe distat, & dicitur *Pergusa*. Iuxtà Plutonia specus, ore in Boream verso, vnde Pluto raptor extitit.

PALICORVM FONS, seu Menenius, & Palicinus, sed meliùs duo fontes Crateres dicti fratrum Palicorum, ad quos nemo peierat impunè: hodie *Naphtia* Fazello.

CONCHEVS lacus, aliter Petrusensis, de quo in Admirandis: hodie *Lago di Petra*.

CAMARINA palus, seu lacus — *Cui non licitum fatis Camarina moueri, Silio*. Hæc cum exsiccata est pestilentiam peperit: consulere Apollinem ciues, respōdit exsiccandam non esse, non paruerunt Oraculo, & ab hac parte hostes in urbem irrupere, *Suidas*. Vnde parœmia *μη χύει Καμαρίνας, ἀκύντος γὰρ ἀμείνων*: hodie *Lago di Camarana*, & eam Fl subiens *Fiume di Camarana*.

CYANE fons, de quo multa Mythologi, quæ patrem ad aras mactauit: hodie *la Pisma* ad Syracusas.

N V M. 6. *Siciliae Montes.*

ÆTHNA, sic dictus à Græco *ἄθειν ardere*, flammam eructans Cratere suo, sic enim os hiatus appellatur. Solinus duplicem in eo Craterem admittit. De mirâ eius fertilitate lege Strabonem lib. 6. de variis eius incendiis diuersis temporibus Cluuerium. Causam incendij faciunt Poëtæ Typhœum, seu Typhonem Gigantem eo oppressum à Ioue: Lucretius eam reicit in sulphur quo hæc regio scatet, accedunt & flatus inclusi. In hoc templum erat Vulcano sacrum, *Aeliano*. Altissimus est, ideóque Columna Cæli dicitur à Pindaro, cælumque fulcire, vt ait eius Scholiastes. Hyginus tradit ad eum confugisse Deucalionem & Pyrrham ad vitandum Cataclysmum: hodie *Monte Gibello*, nobis *le Mont Gibel, ou le Mont Ethna*.

PELORVS, aliter NEPTVNIVS, & Pelorias, vbi erat specula vnde prospectus patebat in mare Hadriaticum, & Tuscum: dicitur & Chalcidicus, & Eunes & Senes, nisi malis esse diuersas eius partes: hodie *Monti di Namari*.

HERÆI Montes, aliter IVNONII *Ἰσθμὸς τῆς Ἥρας*, amcenissimi Diodoro, & in iis Nympharum Lucus: extenditur à Taurominio ad Gelæ Fl. fontes, sed nunc variis nominibus appellatur, ab oppidis ei adiacentibus: ad Chryſæ fontem; vbi editissimus: *Monte Artesino.*

MARO: hodie *Musumeni*, vel *Musumeli*, malè Meri montes in Tabulis, quem errorem Fazellus inuexit.

MONTES HYBLÆI, ad caput Fl. Allabi supra *S. Marcellino*, ab Hyblâ parua sic dicti.

NEBRODES Montes sic dicti *Ἰσθμὸς τῶν νεβρῶν* ab hinnulis quibus percurruntur, aliter Neurodi: hodie *Madonia*. Eorum partes videntur Maro mons *Musumeni*, & Gemelli colles, *Monti di Melle*, & alij.

ERYX, Mons Veneri sacer, vbi delubrum totius Siciliæ nobilissimum Straboni lib. 6. ab Æneâ conditum ait Melâ, ab Eryce dictus est quem Hercules occidit. In eo templo mille & amplius meretrices Straboni. De Columbibus Erycinis lege Ælianum I. Var. cap. 15. Idem & de festo quem *ἀντιγόνη* vocat. Reparatum est hoc templum à Tiberio, vt ait Tacitus, sub Claudio id factum asserit Suetonius: hodie *Mons Trapani*, in Archiuo regionis *Mons S. Iuliani*.

§. 3. *De minoribus Insulis Siciliæ adiacentibus.*

Æ sunt vel Boreales, vel Occidentales, vel Australes: Boreales aliquando vno nomine dicuntur Æoliæ; Occidentales Ægades; Australes Melita & Gaulos.

SECT. I. *Historica descriptio minorum Insularum ad Siciliam.*

NUM. I. *Insule Boreales, seu Æolia.*

NOMEN. Dictæ sunt hæ Insulæ ab Æolo Rege qui in iis regnavit, dictus præsidere ventis quoniam eos præcinebat; fortè ex Hierâ Insulâ, vt mox in eâ dicemus.

Secundo, Nominatæ sunt *Liparcorum Insule*, seu *Liparensum* à Liparâ earum maxima.

Tertiò, *Hephestiades*, Latinis *Vulcaniæ*, & *Vulcani* ob ignes ex

plerisque earum erumpentes.

Quarto, denique *Plote* apud Scymnum, quòd in medio earum navigatio circumflectatur: in singulari numero tamen vna dicitur *Plota* quòd ad instar *Deli* circumageretur, vt ait *Eufstathius* in *x. Odyf.*

NUMERVS. In quatuor opiniones de earum numero veteres distracti sunt.

Quinque admittit tantum *Appianus* 5. ciuiliū.

Septem recipiunt *Aristoteles*, *Scymnus*, *Strabo*, *Diodorus*, *Mela*, *Plinius*, & plerique alij.

Notem, *Isidoro* dicuntur esse: *Seruius* locutus est inconstanter, nam modò nouem, modò septem numerauit.

Quindecim denique nominat *Ptolemæus*, sed accenset *Æoliis* eas, quæ verè non sunt *Æoliæ*.

QUALITAS. Earum solum igneum est, ideò *Solinus* putat cap. 12. eas mutuari *Æthnæ* incendia, aut subministrare, certè *Isidorus* ait eas ardere instar *Æthnæ*: notatque *Diodorus* in plerisque earum videri crateres, quibus flammæ olim euomuerunt. Celebrissimæ sunt victoriâ *Duillij* contra *Pœnos*.

N V M. 2. *Insule Occidentales Siciliae, siue Aegades.*

PERPERAM *Aegates* appellantur à quibusdam, apud *Polybium* *Ægusæ* dicuntur, ad quas victor *Lutatius Catulus* de *Pœnis*, vt ait clarè *Cornelius Nepos*, & ex *Polybij* verbis libro 1. intelligitur. Nam de pugnâ *Lutatij* agens meminit *Hieræ Insulæ*, & *Ægusæ* *Lilybæo* oppositæ. Describi quoque videntur ab *Homero* 9. *Odyf.* vt satis bene conficit *Cluuerius*, ac proinde *Polyphemi* fuere sedes hæ *Insulæ*. Denique *Seruius* ad illud 1. *Æneid.*

Saxa vocant Itali mediis qua in fluctibus Aras, ait *Aras* illas esse *Ægades* *Insulas* veriùs scopulos inter *Siciliam*, & *Africam* vbi deuicti sunt *Pœni* à *Lutatio Carulo* bello 1. *Punico*; & notat ideò dictas *Aras*, quia in his *Pœni* cum populo *Ro.* percussere fœdus, & ideò vocari à *Sisenna Popilias Aras*: Nomen autem recepisse à *Capris* innuit vna ex iis *Ægusa* dicta Latine *Caprariâ*, de quâ mox agemus.

PRO

N V M. 3. *Insula Australes ad Siciliam Melita, & Gaulos.*

NOMEN MELITÆ multiplex. Primum *Melita* cognomine cum eâ Insula quæ est in Hadriatico Sinu hodie *Melada*: & hoc nomen videtur accepisse à mellis copia, vt quidam apud Cluuerium purant.

Secundum *Maltache*, seu *Maltachia*, in Itinerario maritimo pro quo tamen *Surita*, & Cluuerius volunt reponendum esse *Malta*.

Tertium *Ogygia*, seu *Calypsus Insula*, quod conficitur ex Orosio & Æthico, qui sic loquuntur *Syrtes maiores & Trogladite contra quos Insula Calypsus est*, at ex omnium iudicio *Ogygia* eadem est cum Insula *Calypso*, ergo.

Quartum denique *Hyperia*, vt Cluuerius eredit, cuius meminit *Homer. Odyf. 7.* qui eam collocat ἀρχὴ Κυκλώπων prope *Cyclopas*, id etiam putauere aliqui apud *Didymum*, sed hos refutat *Eustathius*, qui negat *Hyperiam* Insulam fuisse: ratio *Eustathij* ea videtur esse optima, quòd *Phæaces* qui *Hyperiam* dicuntur incoluisse canuntur ab *Homero* deuastari à *Cyclopi*bus, negat tamen *Homerus* *Cyclopas* habuisse naues, igitur *Hyperia* *Homeri* *Phæacum* sedes, non erat Insula: nos supra ex *Vibio* diximus *Hyperiam* fuisse *Camarinam* in *Siciliâ*.

QUALITAS MELITÆ. Fertilitas eius commendatur ab *Quidio* à quo *Fertilis* dicitur. *Diuitem* fuisse arguit *Templum* *Iunonis* locuples donariis quod *Verres* spoliavit: *Diod. lib. 5.* eius incolæ τῶν οὐσίαις εὐδ' αἰμονας vocat. Item & fuisse excellentes linteorum textores, quorum & meminit *Tul. 4. Verr. & Silius* — *Telaque superba, Lanigerâ Melite*, qui rectè *Lanigeram* dicit ob gossipium, quod hîc nobile prouenit, *le Coton*. Notat etiam præfatus *Diodorus* *Meliten*ses habuisse domos ἀξιολόγους magnificè exornatas. Ex hac quoque Insulâ catulos *Meliten*ses auectos esse putat *Strabo* lib. 6. Quos tamen *Plinius* ex *Callimacho* accersit ex *Melitâ* *Illyricâ*, cui adstipulatur *Stephani* *Epistomistes*. Certè *Cluuerius* conficere videtur à neutrâ catulos illos dictos esse *Meliten*ses, sed à μέλω curam gero, vel quòd essent μέλιτεροι mellei, & blandi, vt tradunt disertè *Suidas* & *Fauorinus*; nunc etiam in neutrâ proueniunt, sed ex *Islandia*, Insulâ *Boreali* accersuntur. Hanc Insulam *Tullius* *Verrinâ 4.* satis periculoso mari disiungit à *Siciliâ*. Vtrùm autem

QQqq iij

ad eam S. Paulus naufragus appulerit, nulla difficultas esset pro aiente sententiâ ex capitibus Act. 27. & 28. nisi Constantinus Porphyrogenetus negantem tradidisset cap. 36. de administrando imperio. Idque naufragium ad Melitam Illyricanam contigisse scripsisset: nam recentibus quidam eius sententiam his rationibus firmare conati sunt. *Prima*, quod incolæ dicantur barbari, at Græcicum nostram Melitam incolebant: 2. Nulla hîc fit mentio vrbs, at in nostra vrbs erat satis pulchra. 3. Vicinæ Insulæ vt Claudos habebant vim contra serpentes ante D. Pauli aduentum, ergo eam Melita non accepit à D. Pauli naufragio. Sed obsistunt verba Actorum, hîc enim fit mentio Insulæ Claudos, quæ omnium iudicio est *Gozo*, fauet & ventus *Εὐροκλύδαν* spirans ab Oriente, pro quo si scriptum esset *Εὐρότοπος*, potens esset pro Constantino argumentum.

POLITIA MELITÆ. Probare nititur Cluverius lib. 2. cap. 16. Phæacas populos Melitam incoluisse, & hâc relictâ in Cocyrâ nauigasse, pulsosque esse à Phœnicibus paulò ante Troiæ ἀλωαν; tu lege si otiosus es bene longam hominis huius diatribam. Græci autem post 440 annos ad has Insulas appulerunt, & occupauere inter cæteras Melitam: certè ad Melitenses scripsit epistolam Græcè Olymp. 38 Phalaris, & præterea dedit illis pecuniam mutuum, quod non fecisset si Phœnices fuissent. Græcos expulere Carthaginenses circa primum bellum Punicum, veriùs eos subiecere, quare Tullius, *Melitenses Pænos semper hostes appellant*; tandem Romanis cessere hæ Insulæ vnâ cum Siciliâ.

GAVLOS Insula apud Strabonem variè & corruptè scribitur, Γαῦδος, Κλαῦδος, & Καῖνος, optimum selegit Casaubonus Γαῦδος; sed verum nomen est Γαῦλος, vnde incolæ *Gaulitani*, quæ vox adhuc ibi legitur in inscriptione, sicque eam Scyllax, Plinius, Melita, Procopius, & alij vocant. Gaulon dicitur Silio: & apud Strabonem lib. 7. Apollodorus Eratosthenem defendens Callimachum reprehendit, quod Gaulon faciat Insulam Calypsus. Cluverius in Itinerario Maritimo putat *Falacron* vocari. Portubus insignis est apud Diod. Sic. lib. 5. De eius virtute contra serpentes dicemus in Admirandis.

SECT. 2. Descriptio Geographica Insularum ad Siciliam.

INSV-
LÆ
ÆO-
LIÆ
SEP-

LIPARA maxima 7. Æoliarum, incolæ Liparei, & Liparenfes piratæ maximi, qui publicè, & in foro diuidebant prædas, Liuij 5. A Liparo Aufonis filio nomen accepit qui recepit Æolium: antea dicebatur Meligunis: vrbs eius Gnidiorum Colonia Straboni; eius agrum vocat Tullius miserum, atque ieiunum 3. Verrina: hodie *Lipari*, cum Episcopali ciuitate.

THERMESSA, seu Thermiffa, aliter HIERA, & VULCANI, seu Vulcania: hodie *Volcano*, seu *Vulcano*, Græcis Hiphæstias, tota cauernosa est, & tres crateres habuit; inquit Strabo, sed tempore Polybij iam vnus obturatus erat. Porro ex flammis & fremitu incolæ præcinebant tempestates, ait Strabo, vnde nata Æoli fabula. Adiacet ei minor Insula quæ emerfit ex incendio V. C. 551. quando & pisces innumeri circa eam fluitarunt, & ex iis qui edit, interiit: hodie *Volcanello*, seu *Bolcanello*.

STRONGYLE à figurâ sic dicta, quia *rotunda* est, violentiâ flammarum inferior Thermessæ, sed fulgore præcellens Straboni: in hac vixit Æolus, vnde domus Æolia Solino dicitur: hodie *Sticulis Strongoli*, Italis *Stromboli*.

EVONYMOS nouissima Æoliarum Plinio 7. & deserta Straboni, sic dicta quod à Liparâ in Siciliam nauigantibus videtur maximè sinistra: apud Melam videtur dici *Osteodes*, sic vocata ab ossibus militum Pœnorum, ait Diod. lib. 5. qui tumultuantes eò missi sunt atque contabuerunt: hodie *l'Isca Bianca*; quod Mela sententiam videtur firmare; alij tamen eas distinguunt.

DIDYME, Latine *Gemella* à forma sic dicta Straboni: hodie *Salini*.

SIGILLIÆ	TEM.	ERICVSA, & ERICODES, ab Ericis nomen habet apud Strabonem: hodie <i>Alicur</i> .
		PHOENICVSA, & Phœnicodes à palmis nomen accepit; pabulo proximarum relicta Plinio: <i>Felicur</i> .
	RELIQVÆ BOREALES EXTRA ÆOLIAS	HICESIVM, & Hicesia: hodie <i>Panavi</i> .
		Heracleotes, seu Herculis Insula: <i>Basiluzzo</i> . VSTICA, cum oppido Ptolemæo Ægina, <i>Egita</i> in Itinerariis. Paconia: <i>l'Isola di Fimi</i> ; aliter <i>delle Femine</i> .
INSVLÆ OCCIDEN- TALES SICILIÆ, aliter ÆGADES.	PHORBANTIA, sic dicta <i>ὑπὸ τῶν βορβορῶν</i> à vac- cis: Buccina dicitur in vitâ S. Pontiani: ho- die <i>Leuenzo</i> .	
		HIERA, aliter SACRA, & MARITIMA, ad quam contigit victoria Catuli, nam ad eam vi- cti confugere Pœni: nunc <i>Marétamo</i> .
INSV- LÆ AV- STRA- LES SICI- LIÆ.	ME- LITA,	MELITA ciuitas, Tullio, Diodoro, Ptole- mæo: hodie <i>Medina</i> , vel <i>ciuita Vecchia</i> in medio Insulæ.
		IVNONIS FANVM, religiosum etiam Piratis, nobile pietate Masinissæ, impietate & sa- cricidio Verris famosum: <i>Castello di Sant Angelo</i>
	Iste de Malte.	HERCVLIS portus in parte Australi Insulæ vbi visuntur rudera aliquot ædificiorum.
		Peninsula Ptolemæo; extrema pars Insulæ versus Occidentem in Peninsulam confor- mata.
	GAVLOS: hodie <i>Gozo</i> , de quâ suprâ in Historicis.	
	<i>Ἡφαισα</i> , hoc est Vulcania: <i>Comino</i> inter <i>Melitam</i> & <i>Gau- lon</i> Cluuerio, & aliis,	

CAP.

De Corsica, & Sardinia.

§. 1. Historica descriptio Corsicae.

NVM. 1. Nomina Corsicae.

CYRNVS à Græcis, à Romanis & indigenis CORSICA, dicta est Diodoro libro 5. *Cursea*, Procopio *Cerneatis*, Lycophroni *Corsis*, Dionysio Afro *Sidis*. Et Cynus vocata est à Cyno filio Herculis, Seruio, & Isidoro; Corsica autem à muliere Ligure nomine Corsa, quæ nauigio taurum infecura hanc Insulam derexit in quam traiciebat ad pastum, sic Isidorus, & Eustathius; quod tamen videtur ἀδύνατον de tauro traiciente, siquidem proximum Populonium 60. Mil. Passuum distat, ait Plinius. Eustathius aliam affert nominis etymologiam ἀγὰ τὰς ἐν αὐτῇ κόρρας, quas explicat κορυφὰς *vertices montium*. Callimachi Scholiastes ait suo tempore dici, *Tyros*, quod ægrè admittit Ortelius.

NVM. 2. Quantitas Corsicae.

IN eâ consideranda longitudo, latitudo, circuitus; distantia Freti inter hanc Insulam, & Sardiniam.

LONGITUDO CORSICÆ	Chorographo apud Strabonē 160. M. P.	Plinio 60. M. P.	Martiano Capellæ 150. M. P.	Orosio 160. M. M.	Ptolemæo 130. Mil. P.		
CORSICÆ LATITUDO	Chorographo 70. M. P.	Plinio 50. M. P.	Capellæ 50. M. P.	Orosio 25. M. P.	Ptolemæo 70. Mil. P.		
CORSICÆ CIRCVM- TUS	Chorographo 400. M. P.	Plinio 322. M. P.	Capellæ 1325. M. P.	Orosio <i>tacetur.</i>	Ptol. sex M. stadiorū, seu 450. Mil. P.		
LATI- TUDO FRETI quod Ta- phros	SCYLAX Traic- tus 3. partis vnius dici	PLINIO minus IX. milli- bus pas- suum	ZONARÆ tā exiguo traicctu vt vnâ ex orâ alia videatur.	PAV- SANIÆ 8. stad. seu Mil. Pas.	STRA- BONI 7. Mil. Pass. 500. Pass.	CA- PEL- LÆ IX. Mil. Pass.	ISI- DORO XX. Millia Pass.

N V M. 3. *Qualitas Corsicæ.*

STERILIS: Ita Seneca Consol. ad Heluiam, vbi vocat eam insulam, *saxum nudum, abruptum, ieiunum, immansuetum, horridum, intemperans*: item *aridum saxum, & spinosum, vix ad tutelam incolentium fertile*: & ne exul hyperbolicus locutus esse videatur, apud Strabonem dicitur *ἄρχαία ἀσπερα*, & plerisque suis partibus *ἄσβατος ἰννία*.

MELLE abundat Regio, & CERA ait Diodorus; faui in arboribus reperientis sunt: quanta autem hîc mellis copia arguit quod ait Liuius lib. 40. M. Pinarium Prætozem ex Insulâ 100. millia pondo extulisse.

TAXVS quoque arbor *l'If*, in eâ copiosè prouenit quo mella sunt amariora, vt notat Seruius ad illud Eclogæ 8.

Sic tua Cyrneas fugiant examina Taxos.

Ouidius tamen 1. Amorum Elegia 12 putat hunc amarorem ex cicutâ existeret.

N V M. 4. *Mores Corsorum.*

QVI montana incolunt latrociniis vitam sustentant, ipsi bestiis immaniores, *Strabo, Seneca Consol. ad Heluiam*, nihil esse iis hominibus immansuetius. Capti plerique à Romanis se interficiebant, *idem Strabo*. Serui Corsici si eidem *Straboni* fides, stupidi sunt, & impatientiâ, ac stupiditate dominos obrundunt; si *Diodoro lib. 4.* ad vsum vitæ videntur reliquis seruis præferendi. Iustè inter se viuunt supra alios Barbaros; oues sine pastore certis distinctæ notis nunquam domino suo pereunt; omnes rectè agendi formam iustè obseruant. Mulieris enixæ nulla cura geritur, sed eius loco, vt æger, maritus decumbit in lecto per certos dies. Longæui sunt omnes Corsi, sic *Athenæus*, & *Eustathius*.

N V M. 5. *Politia Corsicæ.*

PRIMI in eam transmisisse videntur Græci Duce Cyrno Herculis filio: postmodum Ligures duce illâ Corsâ de quâ superius. Hîc etiam vestigia Hispanorum agnoscit Seneca, in tegmentis capitis, & calceis Cantabrorum, immo & in quibusdam verbis. Sed

hæc admodum incerta; hoc certissimum, Phocenses circa Olymp. 56. imperante Cyro eò Coloniam deduxisse, testibus Herodoto, & Diodoro; sed paulò post à Tyrrenis eiectos esse. Postmodum hanc cum Sardinia occupauere Carthaginenses, & vtraque potiti sunt vsque ad primum bellum Punicum, quo confecto Romanis cessit Corsica, montanis tamen nunquam subditis, in quos Romani excurrebant, munitiones expugnabant, & aliquot mancipia stupida abducebant, sic *Strabo*. Sub Imperatoribus fuit exilij locus multorum illustrium virorum, vt ait *Seneca* iam citatus. *Plinius* (& ex eo *Capella*) ait suo tempore in eà fuisse xxxiii. ciuitates præter Aleriam, & Marianam, quâ de re vehementer dubitat *Cluuerius*, & meritò.

N V M. 6. De lingua Corsorum.

Ex variis linguis, atque Dialectis erat temperata, vt innuit *Seneca* *Consol. ad Heluiam matrem*: hæc enim Cantabricas agnoscit voces, quibus tamen Græcæ, atque Ligusticæ præualebant.

§. 2. Descriptio Geographica Corsicæ.

N V M. 1. Latus Orientale.

VRBES

CENTVRINORVM oppidum, aliter Centurinum: hodie *Centuri*, cui adiacet ab occasu Insula *Centuria*.

Clunium: *S. Catharina*.

MANTINORVM oppidum: hodie *Bastia*.

Ara Tutelæ, scilicet consecrata Deo Tutelari Insulæ: hodie *Torre Pelerina*.

Præsidium Romanorum: circa locum *Torre Vignale*.

FAVONII portus: hodie *Porto Fauono*; corruptè apud *Ptolemæum* *Filonij* portus.



Alifta: *Porto Vecchio*.

Rubra: *Porto Nuouo*.

SYRACVSANVS PORTVS *Ptolemæo*, SYRACVSIVS *Diodoro*: *Golfo & Porte di Sant-Amanza*.

Palla *Ptolemæo*, Pallæ *Antonino*: *S. Bonifacio*.

R R r r ij



PRO- } SACRVM: *Capo Corfo.*
 MON- } VAGVM: *Capo di Brigalino, stagnum claudens.*
 TORIA. } GRANIANVM: *Capo d'Erbicara.*
 FLV- } TAVOLA; *Golo Fiume, maximus Insulæ.*
 VII. } RHOTANVS: *Tauignano Fiume.*
 SACER: *Orbo Fiume, ad cuius fontes vicus Sacra anti-*
 qui nominis seruat vestigium.
 STAGNVM } DIANÆ, hodie nomen retinet, *Stagno di Diana.*
 INSV. } CAPRARIA: hodie *Capraia*, versus *Populonium* in ma-
 LA. } re excurrens.

N V. M. 2. *Latus Occidentale Corsica.*

VRBES } CANELATA: hodie *S. Fiorenzo.*
 CASALVS sinus: *Piaggia di Cosari.*
 VRCINIVM: hodie ex situ *Adiazzo*; in littore conditum,
 olim ἀμυδάης αιγιαλος *littus Arenosum.*
 PAVLA Ptolemæo corruptè Πάυλα πόλις: hodie *Porto Polo.*
 Titianus portus: *Golfo di Tallano.*
 Ficaria: hodie *Ficari.*
 MARIANVM oppidum: *Casa Barbarica.*
 FLV- } VOLERIVS, & Vilerius: *S. Fiorenzo.*
 VII. } CIRCIDIUS: *la Ripe Fiume.*
 LOCRA, Græcis Λόκρας ποταμός, vnde populi *Locrini*,
 corruptè apud Ptolemæum *Licini*: hodie *Capitello.*
 Titianus: *Fiuminale d'Ornano.*
 Ficarius: *Ficari*, ad oppidum cognomine.
 PRO- } TILOX, ocjs: *Capo Martello*; ex quo littus ad fluuium *Vo-*
 lerium dicitur, *Cæsiæ* littus.
 MON- } ATTIVM: *Punta di Lacciuolo*, diminuta vox ab *Accio.*
 VIRIBALLVM: *Capo di Calui*, quod finem *Caluensem*
 coërcet, aliter *Capo di Gargano*, ab *Insula* obiectâ.
 TO- } RUBER Mons Pro. Ἐρυθρὸν ὄρος *Monte Rosso*, & in alio ver-
 tice in mare procurrente *Capo Rossi.*
 RIA. } RHIVM: *Capo di Feno.*
 Marianum: hodie *Capo di Casa Barbarica.*

NVM. 3. *Loca Mediterranea Corsica.*

VRBES MEDITERRANEÆ.

MARIANA COLONIA, antea NICEA, insignis ciuitas Diodoro, à Tyrrenis fundata cùm mari Tyrreno potirentur: eò Coloniam deduxit Marius septies Consul: & hodie eius rudera visuntur paulò supra Tauolæ ostia *Golo Fiume*, ad Boream in Medicerraneis.

ALERIA, Colonia Græcorum, à Phocensibus deducta regnante Cyro, de quâ Herodotus lib. I. dicitur apud Zonatham Valeria, corruptè apud Florum Calaris, vt & apud Iornandem; Alalia Herodoto est, quod primum videtur eius fuisse nomen, secundum Aleria: occupata est à Romanis bello primo Punico, eoque Coloniam deduxit L. Cornelius Sylla Dictator, eius rudera visuntur non procul à mari infra ostia Fl. *Tauignano*, in Medicerraneis ad Austrum.

Ostrico: *Ostricone*; corruptè Ptolemæo Παπυρίοι.

Palania, aliter etiam *Palanta*: hodie *Balagna*.

Opinorum oppidum: *Opini*; prope ruinas Alerix.

Talcinorum oppidum, & Talcinum: *Talcini*.

Tarrabinorum vicus: hodie *Vico*.

Aluca: *Alota*, prope sinum Adiacensem:

MONS { AVREVS qui procedit à Fonte Tauolæ, vulgò *Golo*, ad sinum *D. Florentij*, hoc est à mediâ Insulâ, ad partem eius fermè Borealiorem: Leander ait vocari *Monte Gradachio*.

§. 3. *Descriptio Historica Sardinia.*

SARDINIA, vulgò Europæ, atque Italiæ contribuitur; tamen Iustinianus in Codice, eam inter Africanas enumerat; quâ de re moneri debuerè, qui iuris codices tractant.

NVM. I. *Nomen Sardinia.*

GRÆCIS dicitur Σαρδῶ, ἴς, & Σαρδάν, ορος, cuius incolas Romani vocant Sardonios, & Sardos; & hoc nomen deducit Martianus Capella à Sardo Herculis filio.

Dicta quoque fuit ICHNUSA, & SANDALIOTIS, quæ voces *vestigij formam* sonant, Plinio (certè Sandaliois *Solea* est,) & Ichnu-

sa dicitur apud Chrysippum quòd similis sit humano vestigio *ἵχνης* unde Claudianus de bello Gildonico: *Humanae speciem plantæ sinuosa figurat*, & Silius 12. — Terras — *Enormes cohibet nudæ sub imagine plantæ*: vide & Pausaniam in Phocicis.

N V M. 2. *Quantitas Sardinie.*

OMNIUM Insularum maxima vocatur apud Herodotum in Clio, & in Terpsicore: idem & ait Scyllax, *maxima Insularum Sardinia*: Diodorus lib. 5. ait fermè exæquare magnitudine Siciliam: Pausaniæ in Phocicis *magnitudine, & felicitate cum aliis Insulis comparanda* dicitur.

		<i>Secundum 4. latera.</i>		PLINIO	CAPELLÆ
PRIMA	LATVS ORIENTALE			188. M. P.	188. M. P.
	LATVS OCCIDENTALE			170. M. P.	175. M. P.
MENSURA	LATVS MERIDIONALE			74. M. P.	77. M. P.
	LATVS BOREALE			CXXII. M. P.	125. M. P.
SARDINIÆ	INSVLÆ CIRCVITVS			560 seu 562. excōp. 554.	565. ex computo.
ALTE- RA	LONGITV- DO.	STRABONI XXII. Mil. Pass.	PAVSANIÆ stadiorū MCXX. hoc est 140. Mil. Pass.	OROSIO 230. M. P.	ISIDORO 140. Mil. P.
	MENSURA SARDINIÆ.	LATITV- DO.	Stadiorum 470. hoc est 58. Mil. Pass. cum Pass. 750.	280. M. P. pessime, ef- ferenim latior quàm longior.	40. Millia Pass.
	CIRCVITVS.	Stad. 4000. hoc est 10. Mil. Pass.	De Circuitu 3. illi auctores ta- cent, vera est 560. Mil. Passum.		

NUM. 3. *Qualitas Sardinia.*

FERTILITAS Sardinia maxima, sic Pausanias in Phocicis, Polyb. lib. 1. Valerius Max. lib. 7. cap. 6. ubi eam vocat *benignam vrbis nutricem cum Sicilia*: Claudianus de bello Gild. *Diues ager frugum*: Strabo lib. 5. *χάριον ἔχει εὐδαίμονα τοῖς πᾶσι, σίτω δὲ ἀξυφρόνως.*

GRAVITAS aëris. Mela lib. 2. cap. 7. ait *soli quàm celi melioris, atque ut fecunda sic penè pestilens*: quare Strabo vocat eam *ιοσιγῆν morbosam*, sed maximè æstate, sic intelliges cur Tullius in Epist. vocet Sardum quemdam pestilentiozem patriâ suâ: ob hanc causam huc quoque missi Iudæi ut perirent, ait Suetonius: nihilominus eam Polybius excellere facit *πολυανθρωπία, ἔ τοῖς γερήμασι.*

SERPENTIBVS & VENENO CARET: ita Pausanias in Phocicis, venenorum omnium, & stirpium lethalium expers, si vnam exceperis quæ risum Sardonicum ciet; (de hac agemus in Admirandis) ait tamen postea serpentes hîc hominibus non esse infensos: Hinc Silius lib. 12.

Serpentum tellus caret, & viduata veneno.

Solinus nihilominus hîc Solifugam agnoscit, & hanc ait esse Sardis, quod aliis gentibus serpentes; animal esse exiguum Aranei formâ, sic dictam quòd solem fugiat, & in metallicis argenti plurimam esse.

ARGENTI FERAX; sic Solinus cap. 11. & Sidonius in Panegyrico Maoriani, Argenti diues Pomponio Melæ.

SICCIOR Solino est, æstate maximè, quare indigenæ referunt hibernas pluuias. De medicatis aquis huius Insulæ dicemus in Admirandis.

Denique lupis carere notat Pausanias in Phocicis: Mare ad Sardiniam est ad mille vlnarum Straboni: In hoc mari purpuræ insignes, & clarissimæ nascuntur, *Suide.*

NUM. 4. *Politia Sardinia.*

DE variis incolis Sardinia hæc certiora ex Pausaniâ in Phocicis, Diodoro lib. 5. Strabone lib. 5. & aliis colligo.

Primum in Sardiniam appulerunt Afri Duce Sardo, à quo est

no-

men inditum Insulæ: secuti sunt Græci Bœotij Duce Aristæo non vt mercatores, quod ante Sardum fecerant, & hanc Ichnusam appellarant, sed vt victores & coloni. Hispani postmodum venerunt Duce Norace, qui Noram illic condidit. Exinde Thespienses cum Iolao, & Ilienses post Troiam incensam. Græci verò cum in omnes Insulas effunderent Colonias, hinc quoque suas affixere; venere quoque & Locrenses teste Solino, & Carthaginienses, sed paulò ante Cyri tempora, vt ex Orosij & Iustini dictis colligitur: certè Olymp. 97. an. 1. adhuc Græcis parebat; sed post annos tredecim eorum iugum excussere Sardi, quod tamen paulò post recepere vt ex Diod. lib. 14. & 15. intelligitur. Ante primum bellum Punicum non est tentata à Romanis, eoque confecto iis cessit, rebellauit autem 2. bello Punico, sed statim domita est: quamquam Montana incolentes numquam planè aut à Pœnis, aut à Romanis subiugari potuerint.

§. 4. Geographica descriptio Sardinie.

N V M. I. Latus Boreale Sardinie.

VR- { Iuliola: hodie *Castro di Doria*.
 BES { Plubium: ex Ptolemaico situ *S. Reparata*.
 PROMON- { ERBANTIUM: *Capo della Testa*, aliter *di S. Reparata*.
 TORIA { VRSI PRO. *Capo dell' Orso*.
 MINO- { Nymphæa: hodie *Paraguana*.
 RES { Phintonis, seu Fintonis: *Isola di Figo*.
 INSV- { Fossa, Græcis Taphros: *Isola Rossa*: eodem nomine dicebatur Fretum inter Corsicam & Sardiniam.
 LÆ

N V M. 2. Latus Occidentale Sardinie.

V R- { TIBVLA, Tibulæ Antonino: *Castro Aragonese*.
 TVRRIS LIBISSONIS, quam vnam Coloniam Sardinie vocat Plinius; apud Antoninum ad Turrem: hodie *Torre*.
 Tiliium, seu Tillium: *Argentera*.
 Nymphæus Portus: hodie *Porticiuolo* oppidi *Möte Giraro*.
Parall. Geogr. Tom. II. SSS

- CORAX: hodie *Algeri*; cuius Portus Carcacodes dictus, hodie amplissimus Sinus, *Golfo d' Algeri*.
 Oſæa, Antonino Othoca: hodie *Osko*.
 BES BOSÆ, cuius incolæ Bofenses Plinio ad Fl. Termum: hodie nomen retinet, *Bofa*.
 Neapolis: *Neapoli*.
 SARDOPATORIS Fanum, Ptolemæo Pro. vbi colebatur Genius Sardinia: hodie *Capo di Frasca*.
 PRO- GORDITANVM, contra Herculis Insulam: hodie *Capo di*
 MON- *Monte Falcone*.
 TO- HERMÆVM, seu Mercurij: *Capo della Caccia*.
 RIA CRASSVM Ptolem. Ταχῆα ἀργῆρα: *Capo Argentera*.
 FLV- TERMVS: hodie Aragonensis, *Fiume Aragonese*.
 VII. THYRSVS, per mediam Insulam fluens: *Thyrso*.
 Sacer: hodie *Sacro* in nouis Tabulis.
 INSV- Herculis, Plinio duæ; vna Maior: hodie *Asinara*; alia Mi-
 LÆ nor: *Isola Piana*.
 MI- Diabate Ptolemæi: hodie *Faluga*.
 NO- BERTVLA: hodie *Coffia di Donna*; suspicatur Cluuerius
 RES. scribendum esse *Betule*, & duas fuisse vt nunc sunt, quarum minor dicitur *Malauente*.

NVM. 3. *Latus Australe Sardinia.*

- Populum; quid sit hodie *nesciunt etiam indigene*.
 VR- SVLCI, incolæ Sulcitani, & Sulcenses, à Carthaginensibus vrbs condita, antiquissima Sardinia cum Calari
 BES Melæ: hodie locus eius ostenditur ad *Palma di Sole*.
 PENINSVLA, vbi hodie fixum oppidum *Parignano*.
 BIOTA, aliter & Bithia oppidum cum Portu, Biora Antonino: hodie *Porto Bota*.
 PROMON- Sulcense, seu Sulchense Plinio: hodie *la Punta*
 TORIVM *dell' Vlga*.
 MI- HIERACVM, seu Accipitrum: *Isola di Santo Petro*.
 NO- Plumbaria, Græcis *μολυβδάρις*: *Isola Piana*.
 RES ENOSIS: *l'Isola di Sant-Amioco*.

INSV- BOARIA, & Boaris: *Il Toro*, Infula Tauri.
LÆ. Bucina: *la Vacca*, Infula Vaccæ.

NUM. 4. *Latus Orientale Sardinie.*

VR- Herculis Portus: hodie *Chia*.
CARALIS incolis *Cagliari*, vt & nobis Gallis, Italis *Cagliari*; olim Carales in plurali Liuius & Hirtius, Floro Carala caput totius Insulæ; portus olim celeberrimus: describitur à Claudiano de bello Gildouico, *Tenditur in longum Calaris*; & extendebatur ad Promontorium vbi nunc Fanum S. Eliæ, vt aiunt indigenæ.
BES Scarcapos Antonini: hodie *Scarabos*, ostium fluuioli & portus.
MA- SVLPICIUS Portus, & Sulpicius, cuius incolæ Sulpicenses, & Sulpici-Portuenses: hodie *nulla huius Portus, aut oppidi vestigia supersunt*.
RITI- Liquidonensium Portus, aliter Luquidonensium: hodie *Lagoliafro*, aliter *Lago d'Ogliafro*.
MÆ. FERONIA: *S. Maria Nauarese*.
OLBIA, postea Vlbia (vnde incolæ Olbieneses & Vlbieneses) ad quam appulit Scipio bellum gesturus in Pœnos: Rudera antiquum nomen retinent: *Olbia Roii-nata*.
OLBIANVS Portus: hodie *Golfo di Siniscola*, aliter *de Posala*, & *de Defen*.

PROMON- } Cunicularium, apud Ptolemæum corruptè Cuni-
TORIA. } nium: *Capo Pullo*.
 } Columbaria: *Capo di Sarda*.

FLV- } SÆPRVS: hodie *Scarabos* oppido cognominis.
VII. } CEDRIS: *Cedro*, in lacum Liastrum cadens.

INSV- } CVNICVLARIA: *Isola del Pullo*.
 } FIGARIA: Antonino corruptè Ruraria, Cluuerio bene
 } ex verbis Plinij *Coltelazo*.
LÆ Collodes: hodie *Serpentera*.
MI- } HERAS LVTRA, hoc est Balnea Iunonis: vbi statuenda
 } sit non video, *creditur disparuisse*.

SSff ij

NO- Belerides Insulæ: hodie tres dictæ *le Sanguinare*.
RES. HERMÆA Insula, seu Mercurij: hodie *Isola di Tauolara*,
aliter *di Tolara*.

NVM. 5. *Loca Mediterranea Sardinie.*

VR- Æforo: hodie *Ocari*.
SAROLAPIS Ptolemæo, Antonino Sorabilis: hodie *Sarlapè*.
VALENTIA, aliter quibusdam Valeria, pessimè quibus-
dam Aleria, & olim *Leriam* dici volunt, ineptissimè; in-
colæ Plinio Valentini: hodie *Valentino* in nouis Tabu-
lis.
BES Luquido: *Loconi*.
CON- Fanum Carisi Antonino, forte Canusi, vnde populi Ca-
nufitani Ptolemæo: hodie *Fauì*.
TI- NORA antiqua ciuitas, condita à Norace Hispano de
quo in Historicis, qui eò appulit, vt ait Pausanias in
Phocicis: hodie *Nori*.
NEN- Fertaria cuius etiam rudera periere, non longè à *Capo*
Ferrato, aliter *Capo di Corbonara*.
Sufalius vicus: *San-Pedro*, Fanum S. Petri.
TIS Æsa: hodie Fanum S. Gauini: *S. Gauino*.
Lesitanæ aquæ: hodie Thermæ, seu aquæ calidæ inter
S. Gauinum, & *Montem Regalem*.
METALLA: hodie ciuitas Ecclesiarum, vulgò *Ciuita di*
Glisa.
SAR- VSELLIS Colonia: incolæ Vsellitani, quos Ptolemæus
corruptè Celsitanos vocat; eidem Ptolemæo dicitur
Kolaria, quomodo ergo Plinius vnã dixit esse Colo-
niam Turrem Libiffonis: hodie Vsellis est *Oristagni*.
DI- Cornus, caput Pellitorum Sardorum: *Corneto*.
NIÆ- GYRVLIS Pausaniæ Ogrillis, meliùs Goryllis per me-
tathesim: hodie rudera ostenduntur circa *Algerium*
versus *Olbiã*: meminit & Guralis nouæ Ptolemæus;
quid sit ignorauit etiam Cluuerius.

MON- INSANI quorum meminere plerique veterum, de qui-
bus Florus lib. 2. cap. 5. hi per mediam Insulam de-

T E S. } currunt, ut innuit, & iis immanitatem tribuit; Μαγόμε-
 va Ptolemæus vocat: & hodie credit Ortelius nomi-
 nari *Canelle*.

N V M. 6. *Populi Sardinie celeberrimi.*

CORSI primi à Ptolemæo collocantur in parte Boreali Insulæ, quorum etiam meminit Mela: Pausanias in Phocicis ait eos à Pœnis expulsos non fuisse, quia degebant in montibus: *vixere in Boreali parte Insule.*

BALARI, vna ex gentibus montanis, raptò viuentes, & agrorum suorum, licèt feracium, culturam negligentes, maximè Pisanis infensi quorum littora deprædabantur, sic Strabo. Pausanias in Phocicis ait eos esse Afros & Hispanos qui rebellauere aduersus Carthaginenses, montium obtinuerunt iuga, & seorsim considere: unde Corfi eos linguâ suâ *Badaros*, hoc est exules dixere: *habituere infra Corsos in Meridiem.*

DIAGEBRENSIS montani populi Straboni, antea vocati Iolaenses, sic dicti à Iolao, qui eò quosdam liberos Herculis adduxit, aliter eos Iolæos vocant: *incoluere infra Balaros magis in Austrum.*

SARDI PELLITI; malè apud Liuium, & corruptè *Pellidi*, ita dicti quòd vestirentur pellibus: eorum situs ex vrbe quæ eis assignatur Corno, hodie *Cornetto* colligi potest, *scilicet versus Occidentem Insule non procul à littore, ad Fl. Aragonese.*

C A P V T XIII.

De variis diuisionibus antiquæ Italie.

D I V I S I O quâ vsi sumus toto hoc libro ex consensu optimorum scriptorum elicita fuit; nunc doctrinæ gratiâ, omnes diuisiones proponendæ sunt quibus veteres vsi esse perhibentur. Ex porro sex omnino numerantur: 1. Augusti: 2. Strabonis: 3. Antonini: 4. Ptolemæi: 5. Notitiæ Imperij, seu Constantini: 6. denique Pauli Diaconi lib. 2. cap. 15. & seq. rerum Longobardicarum. Primam & quintam accuratiùs expediemus §. 1. 2. & 3. reliquas hîc tibi per synopsis offerimus.

S S s s iij

STRAZ
BONIS

I.
VENE-
TIA
II.
TVSCIA
III.
LIGVRIA
IV.
ROMA,
aliter *La-
tium.*
V.
PICE-
NVN
VI.
CAMPA-
NIA
VII.
APVLIA
VIII.
LVCA-
NIA

*Ex hac
diniſione
Gallie Cif-
alpine ma-
gna pars
videtur
expungi;
Sannites
autem ad
Picennū vel
referuntur,
aut omit-
tuntur.*

PTOLEMÆI

1. Maſſi-
lienfes.
2. Ven-
diontij.
3. Suctrij.
4. Neruſij.
5. Segu-
ſiani.
6. Caturig-
es.
7. Lepont-
tini.
8. Centro-
nes.
9. Bechu-
ni.
10. Salaffi.
11. Inſu-
bres.
12. Libici.
13. Ceno-
mani.
14. Veneti
15. Carni.
16. Iſtri.
17. Galli-
Boij.
18. *Incole
Galliæ
Togatae.*
19. Sem-
nones.
20. Taurini
21. Ligu-
res.
22. Tuſci.
23. Vmbri.

24. Sabini
25. Latini.
26. Æqui-
culi.
27. Marſi.
28. Prætu-
tij.
29. Piceni.
30. Veſtini
31. Mar-
rucini.
32. Peligni
33. Cara-
ceni.
34. Sam-
nites.
35. Feren-
tani.
36. Cam-
pani.
37. Picen-
tini.
38. Hirpi-
ni.
39. Lucani
40. Brutij.
41. *Incole
Magnæ
Graciæ.*
42. Salen-
tini.
43. Cala-
bri.
44. Apuli
Peuceſij.
45. Apuli
Danny.

ANTONINI

I. CAMPANIA
II. TVSCIA
cum VM-
BRIA in quâ
eſt *Roma.*
III. NVRSIA
in quâ *Reate.*
IV. FLAMINIA
in quâ *Rauēna.*
V. PICENVN
quo *Aſculum.*
VI. LIGVRIA
in quâ *Mediola-
num.*
VII. VENETIA
cum ISTRIA,
vbi *Aquileia.*
VIII. ALPES
COTTIÆ, &
APENNINVS,
vbi *Genua.*
IX. SAMNIVN,
vbi *Benueen-
tum.*
X. APVLIA
cum
CALABRIA,
vbi *Tarentum.*
XI. LVCANIA
in quâ Regiū.
XII. RHÆTIA
PRIMA.
XIII. RHÆTIA
SECVNDA.
XIV. SICILIA.
XV. CORSICA.
XVI. SARDI-
NIA.


PAVLI
DIACONI

I. VENETIA
& *Iſtria cum
Foro Iulij.*
II. LIGVRIA.
III. RHÆTIA
Prima.
IV. RHÆTIA
Secunda.
V. ALPES Cot-
tie.
VI. TVSCIA
cū *Aureliâ,* &
parte Vmbriæ.
VII. CAMPA-
NIA.
VIII. LVCA-
NIA cum
Brutiâ.
IX. ALPES
Apennine.
X. ÆMILIA.
XI. FLAMINIA
XII. PICENVN
XIII. VALE-
RIA cū *Nur-
ſiâ,* & *Marſo-
rum regione.*
XIV. SAM-
NIVN.
XV. APVLIA,
cū *Calabriâ,*
& *Salentinâ.*
XVI. SICILIA
XVII. CORSI-
CA.
XVIII. SAR-
DINIA.

§. I. *Divisio ab Augusto facta Italiæ in undecim regiones.*

EAM colligimus ex Plinio lib. 3. cap: 5. & sequentibus, quam apud hunc scriptorem valde implicitam, ad hanc methodum reuocauimus. Difficultas tantum esse poterit de decimâ Regione, cui nos vniuersos Iapydes adiunximus, ac proinde hanc Italiam Augustanam in Liburniam extendimus; quod si tibi minus placuerit, & Arsa Fl. terminari voles hanc Regionem decimam, non vehementer obstitam.

REGIO PRIMA	{ Latium Vetus & Nouum vnâ cum Campaniâ, vbi ROMA, & Capua.	{ <i>La Champagne de Rome; & la pluspart de la Champagne d'Italie.</i>
REGIO SECUN- DA	{ Picentini ex Piceno in Cam- paniæ partem translati, & Hirpini consanguinei Sam- nitium.	{ <i>Vne partie de la Princi- pauté Citerieure, où est Salerne; & toute la Principauté Vlerieure.</i>
REGIO TERTIA	{ Apuli Daunij, Peu- cetij, & Messapij vbi Salentini, & Calabri; itémque Lucani & Brutij.	{ <i>Vne partie de la Principauté Cite- rieure: vne partie de la Capita- nate: les terres d'Otranto: de Bârri: la Basllicate: & la hau- te & basse Calabre.</i>
REGIO QVAR- TA	{ Frentani Marru- cini, Peligni, Marfi, Vesti- ni, Samnites, & Sabini.	{ <i>Vne grâde partie de l'Abruzzo Vlerieu- re: toute la Citerieure: vne partie de la Capitanate: le Comté de Molisse: quel- que peu de la terre de Labeur: vne partie du Duché de Spolette: & le Sabio.</i>
REGIO QVIN- TA	{ Picenum, vbi Populi Picentes, ab Æsi Fl. ad Matrinum.	{ <i>La pluspart de la Marche d'Anco- ne: & vne partie de l'Abruzzo Vlerieure.</i>
REGIO SEXTA	{ Vmbria, vbi Vmbri.	{ <i>Vne partie de la Marche d'Ancone: vne partie de la Romagne, la Romagne Florentine, le Duché d'Vrbini, partie du territoire de Peruse, le Comté de Citta Castellana, & la pluspart du Duché de Spolette.</i>
RE-	{ Etru-	{ <i>L'Etat du Grand Duc: l'Etat de Luques: partie de</i> la



GIO	ria, vbi	} <i>la Casagnane : quelque peu de l'Estat de Genes : l'Estat de Massa, & Carrera : le Duché de Castro : le patrimoine de S. Pierre : le Comté de Roncigliane : partie du territoire de Perouse : & tout celuy d'Oruicetto.</i>
SEP-TIMA	Thufci, feu Etrufci	
REGIO OCTAVA	Gallia Cispadana.	} <i>Tous les Estats des Ducs de Parme & Modene : partie du Mantouan : le Duché de Mirandole, &c. le Boulougnefe : partie du Ferrarois : vne bonne partie de la Romagne : & la meilleure part de la Romagne Florentine.</i>
NONA REGIO	Liguria vbi Ligures.	
DECIMA REGIO	Veneria vbi Veneti, Carni, Istri, Iapydes.	} <i>Toute l'Istrie (& peut-estre vne partie de la Croace, & Carniole) le Frioul : le Bellunois, le Cadovin : vne partie du Trentin : le Vicentin : la Marche Taruisane : vne partie du Veronois : le Dogado : le Polesin de Rouigo : & la pluspart du Ferrarois.</i>
VNDECIMA REGIO.	Gallia Transpadana	

§.2. Italiae diuisio iuxta Notitiam Imperij.

DVM Constantinus Imperium Romanum in certas Prouincias distribuit sub Praefecto Praetorij Italiae, tres Dioeceses constituit, vt praemonuimus, quarum praecipua erat DIOECESIS ITALIAE, quam iterum duobus Vicariis submisit VICARIO ROMAE, & VICARIO ITALIAE, quibus distribuit XVII. Prouincias, in quas iam fuerat Italia diuisa ab Hadriano Imperatore. Nihil enim in hac parte immutauit, & quam Sextus Rufus tribuit Hadriano, eadem

Parall. Geogr. Tom. II.

TTt

immutata legitur in Notitiâ, nisi quòd Flaminia adiunctum Picenum in Constantinianâ dicitur Picenum Annonarium. Porro ita sese habet illa diuifio.

NVM. I. Sub Vicario Romæ X. Prouinciæ.

LATIVM & CAMPANIA sub Consule. ROMA: Rome. Capua: S. Marie de Capoue. Neapolis: Naples. La Champagne de Rome: & la pluspart de la Champagne d'Italie, ou de la terre de Labeur.

TVSCIA & VMBRIA sub Consule. Florentia: Florence. Sena: Sienne. Pisæ: Pise. Spoletum: Spolere. Narnia: Narni. La pluspart de l'Estat du Grand Duc: l'Estat de Luques: la Carfagnane: un peu du Genoïs: les Estats de Massa, & Carrera: le Duché de Castro: le patrimoine de S. Pierre: territoire d'Oruïetto: la pluspart du Perusin: une partie du Duché d'Urbis: & la Romagne Florentine.


PICENVM SVBVRBICARIVM sub Consule. Ancona: Ancone. Asculum: Ascoli. Firmum: Fermo. Anximum: Osimo. La pluspart de la Marche d'Ancone: & une partie de l'Abruzzo Vltérieure.

VALERIA sub Præside. Valeria: perit. Amiternum: perit. Tibur: Tivoli. Tusculû: Toscolano. La pluspart du Duché de Spolète: le Sabio: partie de la Châpagne de Rome: partie de l'Abruzzo Vltérieure.

SAMNIVM sub Præside. Corfinium: Vne bonne partie de l'Abruzzo Vltérieure: Pentinâ. la Citerieure: partie de la Capitanate: le Sulmo: Sermonone. Comié de Molisse: & quelque peu de la terre de Labeur.

APVLIA & CALABRIA sub Correctore. Sipontum: Siponto. Canusium: Canosa. Brundisium: Brindes. Tarentum: Tarento. Partie de la Capitanate: les territoires de Barri, & d'Otranto.

LVCANIA & BRVTII sub Correctore. Metapontum: Torre di Mare. Consentia: Consenza. Rhegium: Rheggio. Vne partie de la Principauté Citerieure: la Basilicate: & la haute & basse Calabre.



SICILIA <i>Sub Præsida.</i>	} Syracusæ: Syracuse.	} Messana: Messine.	} l'Isle de Sicile.	
				SARDINIA
} <i>Sub Præsida.</i>	} Mariana Col.	} Aleria Col.	} Perie- re.	} l'Isle de Corse.

N v m. 2. Septem Prouinciæ sub Vicario Italiae.

Ex nomine huius Vicarij factum, vt postmodum pars illa Italiae, Italia $\alpha\pi\lambda\omega\varsigma$; nominaretur: vnde intelliges quid velit Synodus Sardicensis in Epistolâ ad Alexandrinos apud Athanasium, vbi S. Synodus dicitur congregata à Roma, ITALIAE, Campania, Calabria, Apulia, quibus S. ipse Athanasius Epistolâ ad Solitarios, addit Brutios: quomodo & locutus est Symmachus lib. 7. Epist. 121. vnde factum vt postea huic parti nomen regni Italiae adhæserit, vt bene Sirmondus obseruauit.

VENETIA & ISTRIA <i>sub Consule.</i>	} Patauium: Padoiie.	} Aquileia: Aquilée.	} Tergeste: Trieste.	} Pola: Pola.	} L'Isurie: le Frioul: la Marche Tar- uisane: le Cadorin: le Beluno: le Padoian: le Vicentin: le Doga- do: le Polesin de Ronigo, la plus- part du Ferrarois.
FLAMINIA & PICENVM ANNONARIVM <i>sub Consule.</i>	} Rauenna: Raucenne.	} Bononia: Boulogne.	} Senogallia: Seniga- glia.	} Le Bobognese: quelque peu du Ferrarois: la Romagne: & le Du- ché d'Vrbis.	
LIGVRIA, cui addunt aliqui TVSCIAM & VMBRIAM AN- NONARIAS, de quibus postea, <i>sub Consule.</i>	} Mediolanum tum caput	} Liguria: Milan.	} Cremona: Cremona.	} Le Duché de Milan decal e Pô: partie du Picémont: le Cremonois: le Cre- masque: le Bergamas- que: le Bressan: & partie du Mantouan.	

ALPES COTTIÆ <i>sub Præside.</i>	} Segusio: <i>Suse.</i> Comum: <i>Come.</i> Tridentum: <i>Trente.</i>	} Partie du Piedmont: un peu du Monterrat: partie Septentrio- nale du Duché de Milan: les su- iets des Suisses: la Valtelline: le Trentin en partie: & partie du Bergamasque.			
			RHÆTIA PRIMA <i>sub Præside.</i>	} Curia: <i>Chur, ou Coire.</i> Verona: <i>Verone.</i> Brigantium: <i>Bregents.</i>	} Les Grisons: le Veronois: le Côté de Tirol, & ses dependances insques au Lac de Constance.

N V M. 3. De Prouinciis Italiae Suburbicariis, Urbicariis, & Annonariis.

ADMONET me hæc Notitia vt saltem hîc leuiter attingam expo-
sitionem aliquot vocum, quæ nostrâ ætate tantas excitauere con-
trouersias inter viros eruditos.

Recens quidam scriptor ante aliquot annos Tabulam cum scrip-
tis quibusdâ vulgauerat, in quibus probare nitebatur Suburbica-
rias regiones dici quæ sub curâ Præfecti Urbis erant, hoc est intra
centesimum ab vrbe lapidem: refutatus est eruditè à Iacobo Sir-
mondo limatissimi ingenij, & accuratissimæ eruditionis viro, in eâ
diatribâ, quam de suburbicariis regionibus inscripsit. Et ea ma-
china in summi Pontificis auctoritatem comparata ab Hæreticis,
eius potissimum doctrinâ confracta est atque dissipata.

Circa idem tempus Iacobus Gutherius vir in litteris versatissi-
mus libellum emisit *Speculam* dictum contra *Iacobi Leschaffery obser-
uationem*, in quo distinguere nititur hæc tria nomina, Regiones *Ur-
bicas, Urbicarias, & Suburbicarias*; & *Urbicas* vocat quidquid Romæ
testi assurgebat, vnâ cum exspatiantibus vt loquitur *Plinius*, de
quibus in amplitudine urbis Romæ locuti sumus: *Urbicarias* ap-
pellat quæ sociorum fines attingerent, & in quarum limitibus
Ambarualia sacra fierent: *Suburbicaria* denique nuncupata sunt
quæ agro & limitibus supradictis adiectæ Romani agri partem ef-
fecere, vt *Reatinus* ager atque *Picenus*. Sed hæc omnia gratis di-
cere visus est vir eruditus, licet multam eruditionem congerat,

quæ nihil aut parùm ad rem præsentem facit.

Distinctiùs, & clariùs Sirmondus nullum discrimen statuit inter Urbicarias, atque Suburbicarias regiones, atque ita dictas esse putat quòd Vicario vrbs Romæ subiicerentur, seu *subessent vrbs Vicario*, videlicet Latium, Tuscia & Umbria, Picenum, Valeria, Samnium, Apulia & Calabria, Lucania cum Brutiis, Sicilia, Sardinia, Corsica, numero decem: cùm aliæ 7. Vicarium Italiæ agnoscerent; quòd probat aliquot locis ex Codice Theodosiano, quibus addes quod apud scriptores de limitibus, Tuscia non semel Suburbicaria dicitur, quam vocem dum decurtare nititur Gutherius, iis accensendus est quibus Conia est pro Ciconia. Hinc Symmacho lib. 3. Epist. 13. *Spoletum Suburbanitas nostra* dicitur: & Sicilia actiõne 7. in Verrem *Suburbanitas huiusce Prouinciæ*, & Floro lib. 3. cap. 19. *quodammodo Suburbana Prouincia*.

ANNONARIÆ dictæ sunt feracissimæ quædam regiones, vt Picenum, de cuius fertilitate suprâ inuimus: item & Tuscia Annonaria dicta fuit; videlicet pars eius circa Florentiam. Quòd & *Umbriam* Annonariam dictam esse velit idem Gutherius viris eruditissimis displicet, nec vllò in loco, quod sciam, reperiet. Sic Tusciæ pars illa Suburbicaria non erat, & Vicario Italiæ subiecta, & ad discrimen Urbicariæ partis appellata est Annonaria, vt factum erat in Piceno.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

De mirandis locis Italiæ antiqûæ.

§. I. *Admiranda Galliæ Cisalpinæ.*

LAcvs iuxta Eridanum aquâ calidâ feruet, & odorem tam tetrum exhalat, vt armentis aquandis inutilis sit, & aues etiam superuolantes enecet. *Aristoteles in admirandis Auscultationibus.*

Circa Venetos (malè vulgò Venetias legitur) admirandum contingit. Cùm innumerabiles eorum regionem Gracculorum myriades deuastent, ferunt incolas sub eorum aduentum ad confinia omnis generis frugum spargere semina, & velut Diuum donaria proiicere; quibus degustatis Gracculi velut hostium incurfu mox superuenturo subsistunt. *Idem eodem loci.*

In Patauinorum aquis calidis (Aponi aquas intelligit) herbae nascuntur. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

Contra Timauum amnem Insula parua in mari est cum fontibus calidis, qui pariter cum aestu maris crescunt, atque minuuntur. *Idem Plinius loco citato.*

Iuxta eundem Fl. Timauum duo luci sunt, quorum alter facer est Iunoni Argiux, alius Iunoni Ætolæ, in quibus ferae ita mansuescunt ut lupi versentur cum ceruis, & accedentium hominum manus demulceant. *Strabo libro quinto.*

In Italiae lacu qui Benbenachus dicitur (lege *Benacus*) Insula est cultoribus habitata, atque arboribus domesticis confita, quae fluuans hinc inde circumfertur, ventis impellentibus. *Sotionis Graeci Scriptoris Fragmentum de fluminum, fontium, & lacuum admirandis.*

In Lario lacu Addua fluuius, in Verbano Ticinus, in Benaco Mincius, in Seuino Ollius, multorum millium transitu hospites suas tantum, nec largiores quam intulere aquas euehunt. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

Fons in Larium lacum influit, qui ter in die, statis auctibus, & diminutionibus crescit, decrescitque; cuius miraculi causam auctor refundit in spiritum inclusum terrae visceribus, subinde emergentem. *Plinius iunior testis auctoritatis, & loci Dominus, lib. 4. Epistolâ ultimâ.*

Plinius secundus eius auctoris auunculus cap. 103. libri 2. ait singulis horis intumescere atque subsidere.

Ad eundem lacum Larium ager peramœnus, ad quem Ciconiae non permeant: sicut nec octauum circa lapidem ab eo, immensa alioqui finitimo Insubrium tractu examina Gracculorum, Mone-dularumque. *Plinius lib. 10. cap. 29.*

Fons Padi mediis diebus aestiuis, velut interquiescens semper aret. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

In Agro Mutinensi Insula fluctuans visitur. *Idem lib. 2. cap. 95.*

In eodem Agro erumpit ignis statis Vulcani diebus. *Idem Plinius eodem lib. cap. 107.*

In eodem Agro Mutinensi, duo montes inter se concurrerunt, crepitu maximo assultantes, recedentesque, inter eos flammâ, fumoque in caelum exeunte: interdum spectante è viâ Æmiliâ magnâ Equitum Ro. familiarum (*aliter famulorum*) & viatorum multitudine. Inueni hoc in voluminibus Hetruscae disciplinae.

Eo concursu villæ omnes elisæ, animalia permulta, quæ intrâ fuerant, exanimata sunt, anno ante Sociale bellum. *Plinius lib. 2. cap. 83.*

Ad Rauennam vites in paludibus nascuntur, & celerrimè perficiuntur, & fructum vberimum ferunt; sed post quartum, quintumque annum perire solent. Ibidem quoque aër, licèt palustris, innoxius est. *Strabo libro quinto.*

§. 2. De Admirandis Vmbria.

IN Agro Reatino fons *Neminiæ* appellatus, alio, atque alio loco exoritur, annonæ mutationem significans. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

Ex eodem Fonte, sed hunc autor *Mentem* vocat, si quis aquam biberit odorem vini non feret. *Sotion in Fragmentis Miraculorum in fontibus, fluuiis & lacubus.*

In exitu paludis Reatinæ saxum semper succrescit. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

In Agro Reatino aliquot iugera ad ingressum equitantium tremunt. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

Reatinis paludibus vngulæ iumentorum tantùm indurantur. *Plinius lib. 31. cap. 2. ex Cicerone incerto loco.*

In lacu Velino nullo die non apparet Arcus, seu Iris. *Plinius lib. 2. cap. 62.*

In Aquis Cutiliis (lacus dicitur *Cutilia*, éstque Italix vmbilicus in agro Reatino, inter Reate & Amiternum) Insula fluitat, quæ numquam in eodem loco visitur. *Plinius lib. 2. cap. 95. & Dionysius Halicarnassensis lib. 1.*

§. 3. De Admirandis Hetruria.

IN Sinu Tusco, sed quo loco non exprimit auctor; erupit aliquando terra flagrans violento cum motu: proditurque memoriæ circa illam multitudine piscium fluitante, expirasse confestim quibus ex his cibus fuisset. *Plinius lib. 2. cap. 88.*

In Stationensi (Tuscix) agro, Insula fluitat. *Plinius lib. 2. cap. 95.*

In calidis aquis Pisanorum ranæ nascuntur. *Idem eodem lib. cap. 103.*

Tra-

Trasimenus lacus aliquando totus exarfit. *Idem Plinius lib. 2. cap. 107.*

Ad Vetulonios in Hetruriâ non procul à mari in aquis calidis pisces reperiuntur, & viuunt. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

Vulturnum Tuscorum oppidum opulentissimum totum fulmine concrematum est; illud fulmen quod dicitur cremans à Marte est. *Plinius lib. 2. cap. 52.*

In Tarquiniensi lacu, qualiter Sabatus nominatur, duæ Insula nemora circumferunt, nunc triquetram figuram edentes, nunc rotundam, numquam quadratam, ventis eam immutantibus. *Plinius lib. 2. cap. 95.*

In eodem lacu quoties aqua pellucida est, conspiciuntur in imo fundo, permulta ædificiorum templorumque vestigia. *Sotionis Græci Fragmentum de Miraculis fontium, fluminum, & lacuum.*

Prope Cosas fons est, in quem si dimiseris vas omnino plenum vino, sic ut redundet, continuo à omni aceto vehementius accescet. *Isidorus apud prædictum Sotionem.*

In parte Mæsiæ Sylvæ (eâ Veientam est) tantum reperiuntur glires. *Plinius lib. 8. cap. 58.*

Ad aquas Murtias in Veiente, & in Syluâ Cyminiâ, loca sunt in quibus in terra depacta non extrahuntur. *Idem Plinius lib. 2. cap. 96.*

In Cyminio lacu, ubi oppidum prius fuit, visuntur, aquâ pellucidâ, vestigia rectorum; hoc oppidum Succiniense Ammianus vocat. *Sotionis Græci Fragmentum de Miraculis, &c. & Ammianus Marcellinus lib. 17.*

In Falisco omnis aqua pota candidos boues facit. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

In eodem Agro Falisco non procul ab vrbe Româ familiæ paucæ sunt quæ vocantur Hirpiæ. Hæ sacrificio annuo quod fit ad montem Soractem Apollini sacrum super ambustam ligni struem ambulantes, non amburuntur; & ob id Senatusconsulto perpetuam militiæ, omniumque aliorum munerum vacationem habent. Varro hoc tribuit medicamento. Strabo pro Apolline Deam Feroniam supponit. *Plinius lib. 7. cap. 2. Strabo lib. 5. Varro apud Seruium in XI. Aeneid.*

Ad Soractem Montem fons est latitudinis quatuor pedum; is oriente sole exundat feruenti similis, aues autem quæ ex eo gurgit. *Parall. Geogr. Tom. II.*

stauerint mortuæ concidunt. *Varro, & ex eo Plinius.*

In eodem Monte spiritus scrobibus emittuntur, volucris tantum mortiferi. *Plinius lib. 3. cap. 93.*

§. 4. *De Admirandis Latij.*

REPERITVR apud Auctores subiectis Ariciæ aruis, si carbo deciderit ardere terram. *Plinius lib. 2. cap. 107.*

In Monte Circeo lethale venenum nasci perhibetur tam potens, vt sumptum mox pilis nudet totum corpus, ac membra omnia sic dissoluat, vt velut liquefcentium cadauerum speciem miserabilem præbeant. *Aristoteles in mirandis Auscultationibus.*

Inter Terracinam, & ædem Feroniæ turres bellicis temporibus fieri desiere, nullâ non earum fulmine dirutâ. *Plinius lib. 2. cap. 55.*

Apud Tusculanum locus est in quo in terram depacta non extrahuntur. *Plinius lib. 2. cap. 96.*

In Agro Gabiensi non procul ab vrbe Româ iugera ferè ducenta ad cursum equitantium tremunt. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

In Vadimone lacu iuxta prædia Amerina, sylua est, quæ numquam in eodem loco visitur. *Plinius lib. 2. cap. 95.*

In Agro Sabino aiunt vnctum flagrare lapidem. *Plinius lib. 2. cap. 107.*

In Crustumino agro natum fænum ibi noxium, extrâ salubre est. *Idem lib. 2. cap. 96.*

In Mutiis pratis non procul ab vrbe Româ Insula aliqua fluitat nullis alligata terris. *Plinius eodem libro cap. 95.*

In Agro Cæcubo vitifero, & palustri Sylua numquam eodem in situ visitur. *Plinius lib. 2. cap. 95.*

Fucino lacui inuectus amnis (Vibius Seq. hunc Pitornium vocat) non miscet aquas suas cum lacu, sed quas intulit, euehit. *Vibius Sequester libello de fluminibus, & Plinius lib. 2. cap. 103.*

§. 5. *De Samnio latè sumpto.*

Ad Beneuentum sic venti & turbines desæuiunt, vt homines equis insidentes deturbent, equosque ipsos deiiciant; ideo olim Malauentum vrbs dicebatur. *Plinius, & Titus Linius.*

us V V

11. mai. 1898. 1001

In Hirpinis Anfancti ad Mephitis ædem locus est, quem qui intrauere moriuntur. *Plinius lib. 2. cap. 93. Cicero lib. 1. de Diuinatione.*

In eodem loco victimæ non immolabantur cultro, sed tetto odore suffocabantur loco applicitæ; & hoc erat litationis genus. *Seruius in 7. Aeneidos.*

In Agro Picinate (is in Piceno est) fluuius est *Nouanus* (lege *Romanus*) qui omnibus solstitiis torrens, brumâ exsiccat. *Idem eodem libro cap. 103.*

Quemadmodum Pfylli in Africâ serpentibus medentur (vt tradit Sospater) ita & Marsi in Italiâ: tradunt autem à Circe oriundos esse, ideóque vim illis à naturâ inditam contra venena. *Plinius lib. 7. cap. 2.*

Nec minus ostentum nostra cognouit ætas (ait Auctor) anno Neronis Principis supremo, sicut in rebus eius exposuimus, pratis oleisque intercedente viâ publicâ in contrarias sedes transgressis, in Agro Marrucino, prædiis Vectij Marcelli equitis Ro. res Neronis procurantis. *Sic loquitur Plinius lib. 2. cap. 83.*

§. 6. De Admirandis Campaniæ.

CLANIUS Fl. auctu suo pestem terræ meditatur (*hoc est præcinit*) *Vibius sequester libello de fluminibus.*

Ad Liternum fons acidulus potus vini modo temulentos facit. *Plinius.*

Circa Cumas fluuius est Cetes ab indigenis dictus, in quem iacta quæcumque fuerint enascuntur, ac postremò indurescunt in lapidem. *Aristoteles in admirandis Auscultationibus.*

In Agro Sinuessano spiritus è scrobibus erumpunt, hominibus, & omnibus animalibus mortiferi. *Plinius lib. 2. cap. 93.*

In Agro Sidicino (ciuitas Theanum Sidicinum nominatur) aiunt vinctum flagrare lapidem. *Idem Plinius lib. 2. cap. 107.*

In Agro Cassinate fluuius est Scatebra dictus, frigidus admodum, abundantior æstate. *Idem Plinius.*

In Agro Caleno aqua est acidula, quæ pota vini modo temulentiam inducit. *Idem qui supra.*

In Campaniâ lacus Aornus dictus circumdatus arboribus, in quo tamen folium nullum videtur. *Aristot. in admirand. Auditionib.*

Supra eundem locum quem Latini Auernum dicunt, Græci præfenti miraculo ἀόπρον vocant, si aliquæ aues superuolent exanimantur, & cadunt. *Lucretius lib. 2. Maro lib. 6. Claudianus 2. de raptu, &c.*

Ad Aquas Scantias (Cicero Syluam vocare videtur) è fonte flamma exit, quæ accenditur aquis. Hæc quidem inualida est cum transit, nec longè in aliâ materiâ durat. Viret æternò hunc fontem igneum contegens fraxinus. *Plinius lib. 2. cap. 107.*

Iuxta montem Pausilipum Cæsar piscinam habuit in quâ piscis vixit annis sexaginta. *Columella, & Plinius lib. 9. cap. 54.*

Puluis Putecolanus iactus in vndas aggerem facit vndis inexpugnabilem. *Plinius lib. 35. cap. 13. Strabo lib. 6. & Vitruuius lib. 5. c. 12.*

Charoniæ Scrobes tam mortiferum spiritum exhalant, vt omnia animalia suffocent. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

Pithecusæ Insulæ in Campano sinu repente feruntur enatæ, mox in his Epopon montem, cum repente item flamma ex eo emicuisset, campestri æquatam planitie: in eadem Insulâ oppidum haustum profundo est, aliòque terræmotu stagnum emerfit, alio denique motu prouolutis in mare montibus Insula Prochyta exitit. *Plinius lib. 2. cap. 88.*

Sunt in Pithecusis Insulis æstuaria igneâ quidem vi, feruentique supra modum ardore, quæ tamen flammam non emittunt. *Aristoteles in admirandis Auscultationibus.*

§. 7. De Admirandis Magnæ Græciæ.

SILARVS fluuius Lucaniæ & Campaniæ limes decurrit; in eum immersa folia, virgultâque lapidescunt, nec tamen immutato colore, vel formâ, quamquam eius aquæ salubris potus sit. *Plinius, Strabo, Silius Italicus.*

Ferro in Lucanis pluit anno antequam M. Crassus à Parthis interemptus esset, omnésque Lucaniæ milites, quorum magnus erat in eius exercitu numerus. *Plinius lib. 2. cap. 56.*

In Salentino oppido Egnatiâ imposito ligno in quoddam saxum ibi sacrum, aiunt protinus flammam existere. *Plinius lib. 2. cap. 107.*

In Agro Salentino iuxta oppidum Manduriam lacus ad marginem plenus, nec exhaustis aquis minuitur, nec augetur infulis. *Idem Plinius lib. 2. cap. 103.*

In Apuliâ Dauniâ templum est Mineræ Achaicæ sacrum, ubi arma & secures Diomedis atque sociorum eius: Hic ferunt esse canes, qui nullâ iniuriâ Græcos venientes impetant, sed tanquam familiarissimis blandiantur. *Aristoteles in admirandis Auscultationibus.*

Brundusij in portu fons incorruptas profert aquas nauigantibus. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

Tarenti aiunt cauponem noctu insanisse, interdium vina vendidisse, sed & clauiculam domus suæ ita in zonâ conseruasse, ut numquam eam, multis eam suffurari conantibus, amiserit. *Aristoteles in admirandis Auscultationibus.*

In Lacinia Iunonis Arâ sub dio posita cinerem aiunt esse immobilem perflantibus undique procellis. *Plinius lib. 2. cap. 107. Titus Lilius, & Valerius Maximus.*

Circa Iapygium Promontorium fontem esse tradunt, qui cruore defluens, eâ parte in nauigabile reddit mare odoris grauitate. *Aristoteles in admirandis Auditionibus.*

Locris nullo non die arcus cælestis apparet. *Plinius lib. 2. cap. 62.*

Ibidem sicut & Crotonæ pestilentia nunquam fuit, nec villo terræ motu laboratum est. *Plinius eodem libro cap. 96.*

Crathis fluuius in Magnâ Græciâ hominum capillos dealbar, aut fuluos facit, & multa mala sanat, ἀνθρώπους ποιεῖ ξανθοτεχνῆν, & λευκοτεχνῆν, & ἄλλα πολλά πᾶσι ἰᾶται. *Strabo lib. 6. sua Geographia.*

Sybaris fluuius potus ab equis eos πυρπικὸν ποιεῖ, reddit eos sternutamentis obnoxios, quare hinc solent equi magnâ curâ amoueri. *Idem Strabo, eodem libro.*

Lusias Thuriorum fluuius tametsi pellucidos habeat liquores, nigerrimos tamen pisces procreat. *Aelianus lib. 10. hist. Animalium cap. 39.*

Alex fluuius olim agrum Rheginum à Locrensi diuidens eius est naturæ, ut quamuis ripæ eius vix distent iugeris spatio, tamen eutras transuolent cicadæ. *Aelianus lib. 5. hist. Animal. cap. 9.*

In Locrorum parte vocales sunt Cicadæ, in Rhegiensi agro mutæ, ager Alece Fl. tantum dirimitur. *Strabo, Plinius, Pausanias.*

§. 8. Admiranda veteris Siciliae.

FRETVM inter Siciliam & Italiâ vnâ cum Luna intumescit, & subidet. *Aristoteles in admirandis Auditionibus.*

V Vuu iij

In Euripo Taurominitano mare sæpiùs die, ac nocte reciprocatur. *Plinius lib. 2. cap. 97.*

Siculum Fretum ita tumet aliquando, vt horrore perfundat aspicientes: tùmque colores omnes recipiunt fluctus, nonnumquam atrii, cærulei frequenter, sæpe purpurei. Huius sonitum ne reptilia quidem ferre possunt, sed refugiunt ad montium radices. Tempestate autem desinente in sublime effertur vorago, non absimilis serpentum gyris. *Aristoteles in admirandis Auscultationibus.*

In Siciliâ ferunt aquæ vorticem esse, in quem demersæ aues, reliquaque animalia vitæ restituantur. *Aristoteles in Admirandis.*

In Siciliâ, sicut in Italia aiunt felium morsum esse lethalem, nec vt apud Græcos leuem, & imbecillem. Item muscarum hîc reperiri genus; quæ enecent ad quodcumque aduolarint. *Aristoteles in admirandis Auditionibus.*

In Agro Leontino, & multis aliis huius Insulæ locis frumentum vltro prouenit, etiam non satum. *Diodorus Siculus lib. 11.*

Lepores olim nulli in Siciliâ fuerunt, sed prior eos inuexit Anaxilas Rheginus. *Iulius Pollux.*

Cactus spinæ genus hîc nascitur, nusquam in reliquo terrarum orbe; hunc si calcet ceruus & saucietur, ossa eius nullum sonum edunt, ideoque ad fistulas inutilia sunt. *Antigonus, & Theophrastus.*

In Sicanis, Siciliæ Gente, falsi acidique saporis fluunt fontes. *Athenæus lib. 2. Dipnosophistarum.*

In Siciliâ, Sicanico agro aquæ acescunt, & hîc nascitur Oxalme (liquor est falsi, acidique saporis) quo vt aceto in cuiusdam generis epulis vtuntur indigenæ. *Aristoteles 2. Meteoron cap. 2.*

Circa Pelorum crocus tantâ copiâ prouenit, vt magnis curribus illum exportare liceat quibus collibitum est: ex eo indigenæ strata, scenasque conficiunt. *Aristoteles ibidem.*

In Peloro lacus est qui explorari non potest nisi erutum tenuis; quod vltra est nec explorari, nec attingi licet; qui fecerit malè plectitur; quantum sui immerferit, tantumdem perdit: & profert exemplum hominis qui hîc brachium amisit. *Solinus cap. 11.*

In colle Vulcanio, paratis sacris, si Deus probator adsit, sarmenta etiam viridia ignem concipiunt. *Idem, eodem loci.*

Circa Messanam & Mylas fimo similia expuuntur in littus purgamenta, vnde nata fabula; hîc boues Solis stabulari: purgamenta porro illa tetri odoris non sunt. *Plinius lib. 2. cap. 98. & Seneca naturalium quest. lib. 3. cap. 26.*

Circa Messanam & Mylas hyeme in totum arescunt fontes, æstate exundant annemque faciunt. *Plinius lib. 31. cap. 4.*

Polycritus rerum Sicularum scriptor in mediterraneis lacum esse ait, ambitu suo scutum non excedentem, aquâ resplendente quidem, sed turbulentiore, in quem si quis ingrediatur lauandi gratiâ, in latum extenditur, si iteret ampliùs dilatatur, adeò vt amplificatum spatium 50. etiam viros capiat: verùm ad eam iam mensuram diffusum ex imo intumescit, corporaque lauantum in sublime rapta foras in pauimentum sternit, & mox ad veteris angustix spatium contrahitur; quod & quadrupedibus ingressis vsu venire solet. *Aristoteles in admirandis Auscultationibus.*

Ad Gelonium stagnum fontes duo, ex alio si sumpserit sterilis fœcunda fit; ex altero si fœcunda, sterilis fiet. *Solinus cap. 11.*

Ex Lyco fonte si quis biberit intra tertium diem extinguetur. *Antigonus, & Plinius lib. 31. cap. 2.*

Stagnum Petrensius, serpentibus noxium est, homini salutare. *Solinus cap. 11.*

Iuratur ad lacum Palicorum hoc modo; tabella inscribitur à iurante, si verum dixit supernatat tabula, si mentitur, submergitur, sed qui iurauit falsò non abit impunè, nam morte statim punitur, vt vult *Macrobius*; vel priuatur oculis, vt scribit *Diodorus*; vel igne corripitur, vt ait *Aristoteles*: *Stephanus* vocat fontem Palicentum. *Aristoteles in admir. Audit. Macrobius Saturn. lib. 5. cap. 18. Polemon de Mirabilibus in Sicilia fluminibus, Stephanus, Diod. Sicul. lib. 11.*

Craterum Palicorum aiunt profunditatem esse infinitam, & si in eos boues incidant, aut asini biuigi, aut vaccæ, numquam postea apparere. *Polemon in Mirabilibus fluuiis Siciliae.*

Voragolacus Palicorum rugitum ingentem, atque horrendum emittit: humor autem in altum exfiliens, atque recidens, neque superfunditur, neque subsidit, sed perpetuo agitato motu stupendâ vi emissus in altum se librat ad sex cubitos. *Diodorus Siculus lib. 11. & Aristoteles de admirandis Auscultationibus.*

Templum Deorum Palicorum seruis oppressis per dominos inelementes multum affert auxiliij: nec enim hinc seruos abducere licet, sed inuiolati hinc remanent donec per beneuolos domini arbitros persuasi fide securitatis iuramento datâ, illis reconcilientur. Nec vllus memoriæ proditur qui fidem violarit, tantus metus Deorum illorum Siculos omnes incescit. *Diod. Siculus eodem libro.*

In prato iuxta viam quæ Syracusas ducit fons est, neque amplius, neque aquâ largâ scaturiens, ad quem cum turba numerosa confluxisset, auctus subito præbuit abundè aquarum liberalem copiam *Aristoteles in Admirandis*.

In Sicilia cum pulsus est Dionysius Tyrannus prodigium accidit, ut vno die dulcesceret in portu mare (intelligit portum Syracusanum.) *Plinius lib. 2. cap. 100.*

In Eloro fluuio ad Pachynum pisces adedò cicures, ut è manu edant; Athenæus lupos nominat & ingentes anguillas, & panem è manu sumere scribit. *Apollodorus 1. Chronicon apud Stephanum, & Nymphodorus Syracusius apud Athenæum lib. 8.*

Lacus est ad Agrigentum cui oleum supernatat, & adhærescit Arundinum comis vnde legitur, valèrque ad Armentarios morbos. Dioscorides bitumen vocat, & ait à Siculis vocari oleum per errorem, illòque uti eos ad lucernas. *Dioscorides lib. 1. cap. 100. & Solinus cap. 11.*

Circa Agrigentum lacus est gustu quidem marino, ac naturâ planè diuersâ ab aliis aquis: nam & natandi inscij non demerguntur, sed lignorum in morem supernatant. *Strabo libro sexto.*

Sal Agrigentinus ignium patiens, ex aquâ exilit, *linio*. Sed *Solinus* si igni iunxeris (inquit) dissoluitur vstione: huic si aquæ liquor proximauerit crepirat, veluti torreatur. *Plinius lib. 31. cap. 7. Solinus cap. 11.*

Ager Agrigentinus cruetat limosas scaturigines, & ut venæ fontium suffiunt riuis subministrandis, ita & in hac Sicilia parte solo numquam deficiente, æternâ reistatione, terram terra euomit. *Solinus capite vndecimo.*

Circa Sicilia Craterem (*Æthnam* intelligit) riuus flammarum, seu profluuium ignium emicantium latitudine ad stadia quadraginta patet, vix ad tria tollitur. *Aristoteles in admirandis Auditionibus.*

In hoc monte spelunca est, circa quam omnium florum copia nascitur omni tempore, tantâ fragrantia, ut canes occupati hac suauitate odoris lepores nequeant insectari. Nascitur etiam hinc frumentum diuersum & à Siculo, & ab importato aliunde. *Aristoteles eodem loci.*

In cacumine montis *Æthnæ* collis assurgit, & supra collem erigit sese nubes, ad ducentos ferè pedes immota, tranquilla tempesta-

pestate. Noctu autem ex hoc vertice fulgores, interdiu fumus, & caligo apparent. *Strabo lib. sexto.*

Æthna mixtas ignibus niues profert, & licet vastis exundet incendiis, apricâ canitie perpetuò brumalem detinet faciem, ita inuictâ in utroque violentiâ, nec calor frigore mitigatur, nec frigus calore dissoluitur. Claudianus sic expressit,

*Scit niuibus seruare fidem, pariterque fauillis
Durescit glacies, tanti secura vaporis;
Arcano defensa gelu fumoque fideli,
Lambit contiguas innoxia flamma pruinas, &c.*

Silius autem Italicus — *Stat vertice celsi*

Collis hyems, calidâque niuem tegit atra fauillâ.

Solinus cap. 11. Claudianus de raptu Proserpine lib. 1. Silius Italicus lib. 14. &c.

Aliquando mons Æthna non tantum riuos igneos eicit, sed & saxa ignita. *Strabo lib. 6. Pindarus, Maro, &c.*

In Agro Catanensi ostenditur locus piorum fratrum Amphinomi, & Anaphix, qui se uiuente Æthnâ parentes humeris imposuerunt; quibus & flamma mirabiliter pepercit, in duas partes secta, & pio sub pondere tutis innoxia fuit. *Strabo lib. 6. Auctor poematis de Æthna, Valerius Maximus lib. 5. cap. 4.*

§. 9. Admiranda Corsicæ veteris.

In hac Insulâ tantum reperitur lapis Catochites, qui adhæret tactis corporibus: quo usum ferunt Democritum Abderitem in Magos depugnaturum. *Plinius lib. 36. cap. 10. & Solinus cap. 9.*

Hæc Insula nec boues, nec capras, nec lupos, nec lepores, nec ceruos alit. *Polybius lib. 12.*

Equos alit Corsica, sed paulò supra oues magnitudine, & simias ad humanam ferè effigiem. *Procopius lib. 3. Gothicorum.*

§. 10. Admiranda Sardinia veteris.

NASCITUR in hac Insulâ herba Sardonia dicta, quæ si comedatur rictu ora sic diducit ut ridentium facie intereant qui ederint, unde parœmia, risus Sardonijs. *Strabo lib. 6. Solinus cap. 12. Isidorus lib. 14. cap. 6. & alij.*

Parall. Geogr. Tom. II.

XXX

Sardinia est absque serpentibus, sed quod aliis locis serpens, hoc Sardis folifuga, animal perexiguum, & araneo simile, cuius venenum abolerit aquæ nonnullæ in hac Insulâ defluentes. *Solinus cap. 11.*

Hic aqua inuenitur quæ ossa fracta solidat. *Idem Solinus eodem cap.*

Hic etiam aquæ reperiuntur ad coarguendos fures, vtilis. Nam si fur iis oculos obliuerit, & peierauerit, excæcatur; si mentitus non est, clariùs videt. *Idem Solinus cap. 11. & Isidorus lib. 4. cap. 6.*

§. II. *Admiranda in reliquis Insulis ad Italiam, & Siciliam.*

ILVA Insula hoc habet admiratione dignum, quod in iisdem locis, vnde ferrum effossum est, ibidem renascatur, & suo tempore effodiatur, vnde à Marone de eâ sic canitur verè:

Insula inexhaustis calybum generosa metallis.

Strabo lib. 5. Virgilius 10 Aeneidos, Plinius à Seruio citatus, nam locus apud Plinium non legitur.

Insulæ DIOMEDEÆ dictæ volucres habent sibi cognomines, quæ magna humanitate vtuntur erga Græcos, ferocitate in barbaros: pro Græcis Strabo habet *probos*; pro barbaris *flagitiosos*; & eadem volucres eadem purificant. *Alianus lib. 10. de hist. Animalium cap. 1. Antigonus, Lycophron, Antonius Liberalis, Tzetzes, Phile, S. Augustinus lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 16.*

In LIPARA Insulâ aiunt quidam reperiri terram, quâ si ollam obruas, quidquid iniicias elixetur. *Aristoteles in admirandis Auditionibus.*

In eadem quoque Insulâ ignis lucens & conspicuus visitur, sed noctu tantùm. *Idem, eodem loco.*

In medio mari HIERA Insula Æolia iuxta Italiam cum ipso mari arsit, per aliquot dies Sociali bello, donec legatio Senatus piuit. *Plinius lib. 2. cap. 106.*

In Insulis ÆOLIS incendia sunt, quæ quidem interdum sexdecim annis extinguuntur prorsus, decimo septimo verò redeunt. *Xenophanes apud Aristotelem in Admirandis.*

In Liparâ Æoliâ locus est ad quem nemini licet accedere: sonitus enim tympanorum, cymbalorum cum risu, strepitu, plausuque manuum illic auditur manifestè. *Idem Arist. in mirandis Auscult.*

GAVLOS Insula terram habet scorpionibus contrariam, eâ enim scorpiones enecat. *Plinius lib. 5. cap. 7. Solinus cap. 32.*

In eâdem Insulâ Gaulo, neque serpens nascitur, neque si importetur viuit. Immo eius Insulæ puluis vbique gentium angues arcet, scorpiones illicò necat.

LIBER SEXTVS.

De Italia secundùm recentiores.

ITALIA orbis olim delicia vel terror, deficiente Romanorum virtute, facta est præda omnium barbarorum, & nominis sui gloriâ exciuit ex Septentrione atque Germaniâ Herulos, Gothos, Hunnos, Vandalos, qui ad nobilissimæ prouinciæ direptionem avaritiam, crudelitatem, sacrilegia detulerunt. Postremis quoque & patrum nostrorum ferè temporibus Francis, Germanis, Hispanis aperuit Martis Campum, in quo tot præliis tantâ obstinatione depugnarunt, vt mirum videri possit sanguine toties, & tam largiter profuso extinctam non esse illius inuadendæ, vel retinendæ cupiditatem. Ita gens quondam *totius orbis domina* omnium penè populorum accepit iugum, iisque seruiit quos ad seruitutem natos aliquando putauerat. Fallor! orbi potentiùs nunc imperat religione, quàm olim armis, additâque summo Pontifici Christique Vicario plus nunc plumbo valet, atque diplomatis quieta, quàm olim ferro atque exercitibus tumultuosa potuit; non iam imperij sedes & vanæ gloriæ, sed virtutis domicilium, atque sanctitatis.

CAPVT I.

De recentiore Italia in genere.§. 1. *Italiae nouæ nomina.*

RETINUIT apud Occidentales populos antiquum nomen *Italia*: Germani hanc *Welfchlandt* dicunt: Poloni *Wloska zemia*,
XXxx. ij